Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
II
50
NAPOLI

Digitized by Google

2 18.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

NAPOL.

Sac. Rituum CONGREGATIONE

Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Card.

IMPERIALI

IN LOCVM

Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis

FABRONI

Florentina

CANONIZATIONIS

B. IVLIANÆ DE FALCONERIJS

Fundatricis Tertij Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis.

RESPONSIO

AD ANIMADVERSIONES

Reuerendiſsimi Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An, & de quibus miraculis conſtet in caſu, & ad effectum de quo agitur.

ROMÆ, Typis Reu. Cam. Apoſtolicæ 1727.

Superiorum permiſſu.

Google

FLORENTINA

CANONIZATIONIS

B. IVLIANÆ

DE FALCONERIJS

Fundatricis Tertij Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis.

ANIMADVERSIONES

Reuerendiſsimi Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An, & de quibus miraculis conſtet poſt indultam à Sede Apoſtolica eidem Beatæ venerationem in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

PRIMVM MIRACVLVM

Aſſertæ inſtantaneæ ſanationis R. Matris Sor. Felicis Fortunatæ de Sardis Monialis Profeſſæ in Monaſterio S. Benedicti Ciuitatis Piſarum ab affectionibus Iſtericis, & Conuulſionibus atrociſſimis vnà cum febri continua, & alijs ſymptomatibus, quibus per quindecim annos cruciata fuerat, cum ſubſequta apparitione B. Iulianæ.

Beatiſsime Pater.

IN examine huius aſſerti Miraculi plures, & quidèm non leuis ponderis occurrunt difficultates, quarum prima eſt, quod non apparent inſertæ in Proceſſu, prout opus erat, relationes, quas exarauerant tàm Alexander Bonauentura Fabretti Medicus Curæ, quàm etiam ipſamet Monialis de Sardis, quæ ſanitatem receperat, tàm circà qualitatem morbi, quàm circà modum ſecutæ ſanationis, de quibus teſtatur in ſuo examine Valerius de Gallenis Medicus *Proc. fol.* 293. = *E per auer letto ancora vna relazione in ſcriptis fatta*

fatta da detta Monaca Sardi, e da lei ſottoſcritta, & vn'altra relatione fatta dal Dottor Fabretti = Licèt cuìm aliunde conſtet ex proceſſu de qualitate Morbi, & modo, quo ſecuta fuit ſanatio; Difficultas ſtat in eo, quod non exhibitis prædictis relationibus recognoſci non poteſt, an Sanata, & Medicus Fabretti aliud ſcripſerint in præfatis relationibus, aliud depoſuerint in Proceſſu, & cum poſſit dari caſus, quod dictæ relationes aduerſentur ijs, quæ per Medicum, & Sanatam fuerunt coram Iudicibus expoſita in Proceſſu, tuiò propterè à ſub hac incertitudine Iudicium proferri non valet ab hac Sac. Rituum Congregatione ſuper aſſerto Miraculo, cuius probatio principalis innititur Teſtimonio præfatorùm Medici, & Monialis Sanatæ.

Secunda conſiſtit in eo, quod tàm in Ciuitate Piſarum dubitatum fuit, quod ſanatio à Moniali de Sardis recepta prouenerit ex cauſa ſupernaturali, idque colligitur ex dicto Medici de Leonardis *Proc. fol. 279. iunctò 17.* = *Hò ſentito dire al Signor Caualier Lippi diſcorrendo ſeco à tauola (come adeſſo mi ricordo) di queſto fatto, che à voler prouare vn miracolo ci vuol di molto, e che la natura alle volte puol fare qualche operatione, che non ſappiamo* = Quàm etiàm in ipſomet Monaſterio Sancti Benedicti, vbi ſanatio ſecuta fuit, ipſa ſiquidèm Monialis de Sardis ſanata *Proc. fol. 125.* ait in ſuo examine = *mi pare, che mi abbia guarito del male, che haueuo, del quale è più d'vn'anno, che non ne hò patito* = deponit Teſtis V. *fol. 179. ter.* = *E ſolo hò ſentito, che Sor Angelica Ciani Conuerſa ne dubitaua* = VI. *fol. 189. ter.* dicit = *E ſolamente hò ſentito Suor Maria Caſtrucci qualche volta dire qualche coſa in contrario per impatienza nel ſeruirla, ma poi hò ſentito confeſſare alla medeſima anche, che era miracolo, & anche à me qualche volta è paſſato qualche coſa per la mente in contrario, benche per altro l'hò ſtimato, e lo ſtimo per miracolo* = Quìn imò nonnullæ ex Monialibus dicti Monaſterij non ſolùm dubitarunt, ſanationem fuiſſe ſupernaturalem; ſed talem poſitiuè non crediderunt, vti colligitur ex Teſtimonio Teſtis XX. *Proc. fol. 473. ter. In fine* = *E non hò ſentito dire altro in contrario ſe non che à Suor Angelica Ciani, che non la ſtimaua guarita, perche non la vedeua à tutte le Communità, come l'altre* & XXXVII. *fol. 636.* = *Deuo aggiungere d'hauer ſentito dire da Suor Angelica Ciani Conuerſa, che non credeua, che la guarigione di Suor Felice Fortunata Sardi foſſe ſeguita per miracolo, mà che era guarita perche era voluta guarire* & *fol. eodem 636 infrà* = *E ſimilmente deuo dire, che quelli, che non hanno creduto, che la ſanatione ſia miracoloſa, ſono l'iſteſſa Suor Angelica Ciani, e dell'altre non me ne ricordo* = Cumque Iudices non examinauerint ſupradictos Teſtes, vt palàm fieret Sacræ huic Congregationi ratio, & cauſa, ob quàm dubitarunt, vel non crediderunt ſanationem miraculoſam, Miraculum ipſum redditur vndequaque ſuſpicione plenum, talitèr vt nullo pacto reſponderi poſſit = *Conſtare de Miraculo*.

Tertia deſumitur ex eo, quod non iuſtificatur dictam Sororem Felicem Fortunatam ſolùm imploraſſe adiutorium Beatæ Iulianæ, proùt clarè, certè, & concludentèr probari deberet iuxtà claram *Textus diſpoſitionem in l. Neque natales C. de probat.* Eadem quippè Monialis à Iudicibus interrogata, an inuocauerit vltrà dictam Beatam, alios Sanctos pro obtinenda à Deo ſanitate per interceſſionem eorumdem, dubitatiuè reſpondit vti videre eſt *dicto Proc. fol. 210.* = *Ne in quel*

tempo

by Google

tempo mi pare, che mi veniſſero in mente altri Santi = Quæ quidèm dubitatiua reſponſio nil certi concludit, circa excluſionem inuocationis aliorum Sanctorum, quin imò ex ipſa argui poteſt, quod non ſolùm inuocatum fuerit auxilium B. Iulianæ, verùm etiàm aliorum Sanctorum, vt benè obſeruat *gloſſ. cap. in præſentia de probat. Alexan. conſil. 152. num. 1. lib. 1. Surd. conſ. 284. num. 12. & 13.*

Quarta promanat ex eo, quod Felix Fortunata de Sardis poſt aſſertam miraculoſam ſanitatem non omiſit vti remedijs naturalibus ad ſe ſe conſeruandam in eadem ſanitate vti teſtantur II. Teſtis *Proc. fol. 146.* = *E ritornata in forze, o ſangue, che prima era come acqua, e adeſſo buono come hanno riconoſciuto li Medici in occaſione di fargliene cauare per preſeruazione* = VI. *fol. 192.* = *E ſtata però ſempre con qualche riguardo, & alle volte nel rigor del freddo non è venuta à Mattutino, credo di conſenſo dell'Abbadeſſa, e con qualche diſtinzione nel cibo* = IX. *fol. 262. douere aggiungere, che vſando detta Suor Felice degl'aromati per preſeruarſi* = dicta etenim cauthela circà modum viuendi, & vſus remediorum naturalium dubio procùl ſuadere videntur, quod non erat in totum ſublata malitia morbi, quo Monialis conflictabatur, & per conſequens, quod ſanatio dici non poterat miraculoſa, & ex cauſa ſupernaturali proueniens, dùm aliàs vndequaque ſuperflua remanſiſſet quælibet cauthela, & præſeruatio pro conſeruanda ſanitate.

Quintam ſuppeditat difficultatem depoſitio Bartholomei Leonardi Medici Curæ, quæ habetur in *Proceſſu fol. 278.* ait enim = *Ne hauer veduto in lei alcuna reliquia de ſopradetti mali, ne hauer ſaputo conoſcere altro, che vn poco di laſſitudine, e poco colore in viſo, il che non l'impediua di andare per il Conuento* = Quæ quidem Medici depoſitio cum præſeferat in hac aſſerta miraculoſa ſanatione vèl inſtantaneitatis deficientiam, vel deficientiam recuperationis Virium, de ea idcircò nulla eſt habenda ratio ad rem, & ad effectum de quo agitur, vt benè probant *Contilor. de Canonizat. Sanct. cap. 17. ſub num. 9. §. Sed ego diſtinguebam Paſqualig. de controu. intèr Epiſc. & Regal. num. 1174. Caſtellin. de certit. gloriæ Sanct. cap. 8. punct. 30. num. 37. §. 1. & ſeq. Card. Laur. in 3. Sentent. tom. 4. diſput. 20. de Miracul. artic. 20. per tot.*

Sexta conſiſtit in eo, quod reſultat ex Proceſſu Monialem de Sardis in eundem morbum incidiſſe, deponit quippè Teſtis III. *Proc. fol. 157. ter.* = *Da quel tempo in quà non hà patito mai di queſti accidenti, e ſolamente hà hauuto vn poco di fluſſione ne denti, è qualche debolezza di ſtomaco.* IV. *Proc. fol. 170.* = *Da quel tempo in quà &c. ſolo hà patito vn poco di fluſſione di denti, & infreddatura, nella quale gl'anno trouato due, ò tre volte in circa il polſo con febre accidentale, che al più è durata vn giorno, & hà patito certe debolezze di ſtomaco ſenza alterazione febrile*; Qui licèt Teſtes huiuſmodi ſtomachi debilitatem, vna cum febri non referant ad affectiones Iſtericas, quià minùs practici, res tamèn ità non ſe habet ſi perpendantur dicta Medicorum, quibus ſtandum eſt, ait enim IX. Teſtis Alexander Bonauentura Fabretti Medicus Curæ *Proc. fol. 261. ter.* = *è ſtata ſempre bene fuori che due meſi ſono in circa hebbe vn inquietitudine di ſtomaco, che potena anch'eſſa prouenire dall'vtero ſenza febre però con vna, ò con due emiſſioni per quanto li pare di ſangue in meno di quindici giorni ſe ne liberò, e ſaperlo per hauerla medicata* = X. = Medicus Leonardi *Proc. fol. 277.* = *Non hà hauuto altro male in queſt'anno, che qualche debolezza di ſtomaco,*

la

la quale benchè poteſſe temerſi, che foſſe qualche coſa d'Iſterico, non hò però mai patito vn minimo accidente = Ideòque cum ex d. Medicorum impugnari non valeat, quod poſt aſſertam miraculoſam ſanationem vexata fuerit Monialis affectionibus Iſtericis, & conſequentèr, quod in eumdem morbum inciderit; Id dubio procùl vel tollit rationem miraculi, vti obſeruat *Pignatell. conſult.20. num.7. & conſult.26. num.19. tom.5.* Vel facit, quod ſanatio licèt in ſe miraculoſa, non poſſit vti talis ab Eccleſia approbari iuxtà ponderata per *Card. de Laur. In tert. Sentent. tom.4. diſput.20. de miracul. artic.21. num.906. & ſequen.*

Abſque eo quod pro comprobando aſſerto miraculo Poſtulatoribus opitulari poſſit aſſerta Apparitio Beatæ Iulianæ ipſa nocte ſecutæ ſanationis Moniali euigilanti obuenta, quandoquidem aduersùs dictam apparitionem vndequaque vrget, & quidèm non obſcura illuſionis ſuſpicio; Vrget quidèm ſi ratio habeatur de perſona, cui contigit apparitio, fœmina etenim reputari ſolet illuſa ob qualitatem ſexus, vt benè ponderant *Martin. de Rio diſquiſit. magic. lib.4. cap.1. q.3. ſect.3. pag. mihi 125. Araux. dec. moral. tract.3. quæſt.23. §. Secundo nu.30. & 31.*

Vrget etiàm ſi perpendatur, quod Monialis ſanata aſſertam ſupernaturalem apparitionem non reuelauit ſtatim, ſed poſt aliquos dies Patri Confeſſario, quin imò dicta reuelatio non fuit ſpontanea, ſed facta fuit in vim precepti habiti ab ipſo Confeſſario, vti teſtatur ipſemet Confeſſarius in ſuo examine, de quo *proc. fol.235.* = *due giorni in circa haueua ſomma repugnanza, in narrarmi vna coſa* (nempè viſionem =) *io l'obligai à narrarmela* =, & tamen certum eſt, quod nil magis veris, & cæleſtibus viſionibus conſonum eſt, quam earum communicatio Directoribus Spiritualibus, vt obſeruat *Bona de deſcript. ſpirit. cap.20. num.3.*; Maximè ſi verùm fuiſſet, quod teneretur apparitionem releuare ex præcepto eiuſdem B. Iulianæ, vti eadem Monialis in reuelatione facta dixit Confeſſario *proc. fol.236.*

Demùm vrget illuſionis ſuſpicio, ſeù verius concludens probatio, ſi obſeruetur eiuſdem Monialis depoſitio, quæ ità ſe habet = *Proc. fol.131. ter. circa fin. Con occaſione, che vn meſe fà ſcrupoleggiando ſopra l'hauerli narrato queſto fatto* (nempè Confeſſario) *per il timore di non eſſere ſtata ingannata, e di hauer potuto ingannar ancor lui* = Si etenìm præfata Monialis, cui contigit apparitio, quamuis ob ſexus qualitatem, nimis prona ad credendum apparitiones pro veris, & cæleſtibus; ſeſe illuſam credidit, potiori iure eandem Monialem fuiſſe illuſam reputare tenetur Iudex, qui in huiuſmodi caſibus cautiſſimè procedit iuxtà monitum *Cardin. de Laur. in 3. ſentent. tom.4. diſput.20. de miracul. artic.16. nu.673. in fine.*

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

Florentina

CANONIZATIONIS

B. IVLIANÆ

DE FALCONERIIS

Fundatricis Tertij Ordinis Seruorum
Beatæ Mariæ Virginis.

RESPONSIO

AD ANIMADVERSIONES

Rm̃i Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An, & de quibus miraculis conſtet in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER

PLura, & ſubtiliſſime, vt ſemper ſolet, oppoſuit Reuerendiſſimus FideiPromotor aduersùs nouem Miracula abAltiſſimo iamdudum patrata ad inuocationem Beatæ Iulianæ de Falconerijs, & coràm SanctitateVeſtra deducta in hodierna Cauſę propoſitione; tùm, vt impugnata veritas eluceſcat magis, tum, vt muneri ſuo ſtrenuè ſatisfaciat. Ad Nos itaque ſpectat eius animaduerſiones diluere, vtSacra hæc Congreg. reſpondere dignetur prò Miraculis. Inchoando igitùr à primo ex dictis Miraculis = *Inſtantaneæ videlicet Sanationis Rev: Matris Sororis Fęlicis Fortunatæ de Sardis Monialis Profeſſæ in Monaſterio S. Benedicti Ciuitatis Piſanæ ab affectionibus hiſtericis, & conuulſionibus atrociſſimis, vnacum febri continua, & alijs ſymptomatibus, quibus per quindecim annos cruciata fuerat, & cum ſubſecuta apparitione Beatæ Iulianæ* = Inchoando inquam ab hoc (reuera eximio) miraculo, opponit primo Reuerendiſſimus FideiPromotor, quod Sanata, & Medicus Fabretti, qui erat vnus ex Medicis Curæ, nonnullas exarauerint relationes (quod oſtendit ex depoſitione XI. Teſtis *Summar. huius primi Miraculi* §. 385.) & quod, cum iſtæ relationes non fuerint inſertæ in

A Pro-

Proceſſu, non poſſit Sacra hæc Congregatio certificari, an præcitati Teſtes idem extraiudicialitèr dixerint, quod poſtea iudicialitèr depoſuerunt, & conſequenter inſerti eam non poſſe reſpondere: *Conſtare de Miraculo*.

Hæc tamen animaduerſio facili negotio diſpellitur, obſeruando, quod relationes iſtæ exaratæ fuerunt ad effectúm conſulendi alios in Arte Medica Profeſſores, eorumque Iudicium habendi ſuper qualitate Miraculoſæ iſtius inſtantaneæ ſanationis. Vnde cum in Proceſſu habeantur depoſitiones formitèr emiſſæ coràm Iudicibus remiſſorialibus tàm ſupradictæ Monialis Sanatæ, quæ eſt primus Teſtis, quàm præfati Medici Fabretti, qui eſt IX., nullà ratio vrget, quàrè debuerint inſeri in Proceſſu prædictæ relationes.

Quod hi duo Teſtes fuerint examinati coram Iudicibus remiſſorialibus, conſtat ex *Summ. pag. 12. vſque ad 24.*, *& pag. 59. vſque ad 64.* Quod autem ſtante huiuſmodi examine legitimè, & formitèr peracto, in Proceſſu Apoſtolico, horum duorum Teſtium, qui aſſeruntur Authores dd. relationum, nulla ratio vrgeat, quarè debuerint inſeri in Proceſſu, concluditur ex eo; quia ſi aliqua ratio hoc ſuaderet, ea maximè eſſet, vt videlicèt recognoſci poſſet ab hac Sacra Congregatione, an Sanata, & Medicus Fabretti aliud narrauerint in prædictis relationibus, & aliud poſteà in Proceſſu depoſuerint. Iſta autem ratio minimè vrget; tùm quia omnis præſumptio militat, quod illud idem ſub Iuramento depoſuerint, quod olim narrando ſcripſerant *Rota deciſ. 569. num. 13. par. 18. rec.* Tùm etiam quia dato, & nunquàm conceſſo, quod Sanata, & Medicus prædicti aliud ſcripſerint, & aliud poſteà depoſuerint in Proceſſu, nihilominùs ſemper attendendum eſſet ad id, quod coram Iudicibus, & ſub iuramenti vinculo conſtituti aſſeruerunt; potiùs quam ad id, quod in prædictis relationibus ſcripſerunt. Præſertim, cùm, vt ſupra innuebamus, præcitatæ relationes non fuerunt atteſtationes, ſed ſimplices facti narrationes omninò extraiudiciales: quibus ſtantibus etiamſi id, quod poſtea Sanata, & Medicus prædicti ſub Iudicibus remiſſorialibus depoſuerunt, fuiſſet per malam hypotheſim diuerſum ab eo, quod in prædictis relationibus narrauerunt, ſemper ſtandum eſſet ei, quod vinculo iuramenti adſtricti aſſeruerunt, potiùs quam ei, quod in prædictis relationibus hiſtoricè exararunt ad tradita per *Rota deciſ. 169. num. 7. par. 17. & deciſ. 333. num. 9. par. 19. rec. tom. 1.*

Sed his omnibus ad abundantiam præiactis, ad tollendam difficultatem excitatam, ſatis eſt attendere ad depoſitionem Doctoris Valerij Galleni XI. Teſtis *Summar. §. 385.* ibi: *Io ho ſentito dalla medema Monaca Sardi, e dal Dottore Aleſandro Fabretti, che detta Madre nel dì 18. Gennaio dell'anno paſſato 1710. Piſano, Sorpreſa da vn'accidente di moti conuulſiui d'vtero con vomiti veementiſſimi, reſpiro ſtrepitoſo, febre riſentita, sbattimenti così fieri, che non ſolamente faceua tremare il Letto, mà tutta la Camera, & eſſendo queſto ſeguito ſotto l'ore 22. in circa di detto giorno, auanti l'ore 24. al ſolo applicare della Reliquia della Beata Giuliana alla Teſta, alla Gola, & al Petto, reſtò libera affatto da tutti li ſudetti accidenti ſoliti patirſi da detta Paziente altre volte ſiano durati moltiſſimo tempo, queſt'vltima volta finirono in meno di due ore ſenz'applicazione di alcuni rimedij, ſenza che ſi vedeſſe euacuazione di ſorte alcunà, ſenza che reſtaſſele il dolor di Teſta, ſolito altre volte rimanere doppo l'accidente, e ſenza reſtarui alterazione nel polſo, che vi era ſtato ſempre in tutto il longo corſo*

del

del ſuo male d'anni 15. Meſi 4., e giorni, e con eſſerli tornato l'appetito di poterſi cibare l'iſteſſa ſera, e forſi da poterſi leuar ſubito, ſe le foſſe ſtata data la licenza dalla Madre Abbadeſſa: in Cauſa Scientiæ, per auer ſentito tuttociò dalla ſopradetta Monaca Sardi, che me ne fece diſtinta relazione nell'anno paſſato di queſto tempo in circa, e dal Dottor Fabretti, con il quale ebbi ſopra la ſerie di queſto fatto lungo diſcorſo, e per auerne letto ancora vna relazione in ſcriptis fatta da detta Monaca Sardi, e da lei ſottoſcritta più tempo fà, cioè vn Meſe, e mezzo fà in circa, & vn'altra relazione fatta dal Dottor Fabretti, e da me ſottoſcritta v'anno fà in circa, e riuedutola ancora, più volte per auerla appreſſo di me &c,

Ex hac ſiquidem depoſitione colligitur, quod nec Monialis ſanata, nec Medicus Fabretti quid diuerſum aſſeruerunt in Proceſſu, & coram Iudicibus remiſſorialibus ab eo, quod olim per modum relationum in ſcriptis regiſtrauerant. Etenim examen XI. Teſtis mox recitati eſt omninò conforme examini formali Sanatæ, & examini Medici Fabretti, vt facta collatione liquet ex *Summario à* §. 1., *& ſeqq.*, *&* §.287., *& ſeqq.*. Si igitur dictus Medicus Galleni XI. Teſtis in Cauſam ſcientiæ adducit antiquas relationes Sanatæ, & Fabretti, ſignum euidens eſt, quod iſtæ relationes ſunt omninò conformes ad ea, quæ tàm Sanata, quàm Medicus Fabretti in Proceſſu expoſuerunt. Quandoquidem, ſi depoſitio dicti Galleni vndecimi Teſtis eſt omninò conformis cum examine formali Sanatæ, & Fabretti, & aliundè eadem depoſitio d. Galleni eſt pariter conformis antiquis relationibus præcitatis, quia eas in cauſa ſcientiæ allegauit; igitur conformes ſunt, ſeu idem continent depoſitiones formales Sanatæ, & Fabretti, ac continebant eorum præcitatæ antiquæ relationes. Ecce igitur, quod licet relationes iſtæ non habeantur in Proceſſu hoc Apoſtolico formaliter, & expreſſè, habentur tamen quoad ſubſtantiam, & æquiualenter; proindeque optimè poteſt Sacra Congregatio certificari, quod Sanata, & Fabretti idem prorsùs ſcripſerint in relationibus, quod poſtea ſub iuramento, & in Proceſſu depoſuerunt.

Creſcitque vis huius diſcurſus, ex quo non ſolum Medicus Galleni, ſed etiam Medicus Tilli requiſiti de proprio vniuſcuiuſque iudicio, antequàm aliquam proferrent ſententiam, voluerunt certificari oretenùs de facto, & circumſtantijs ab ipſa Sanata, & ab eodem Medico Fabretti, vt videre eſt *Summario* §.384., *&* §.408.. Cumque iſti duo Medici idem in Proceſſu depoſuerint, quod depoſuit ipſa Sanata, ſignum eſt, quod ipſa illud idem dixerat, quod poſteà ſub iuramento depoſuit. Dubitari igitur in his terminis minimè poteſt, quod quid diuerſum in relationibus ſcripſerint ab eo, quod iudicialiter, & ſub iuramento depoſuerunt.

Ceſſatque tandem omninò hæc difficultas animaduertendo, quod Reuerendiſſimus Fidei Promotor hanc eamdem obiectionem deduxit contra primum Miraculum S. Agnetis à Monte Politiano mox à Sanctitate Veſtra Canonizatæ in ſuis animaduerſionibus §. *Secundum certum eſt*. Ibi enim agebatur de quadam atteſtatione ad perpetuam peracta à Sanata, & à Medico coram Ordinario; Cum tamen in compilatione Proceſſus remiſſorialis, nec iſtæ atteſtationes fuerint inſertæ, nec ipſa Sanata fuerit coram Iudicibus remiſſorialibus audita, propter eius præmorientiam, nihilominus hac obiectione minime obſtante, Sanctitas Veſtra prædictum primum Miraculum approbauit in tertio genere. Cum itaque caſus noſter verſetur In fortioribus terminis, omnis profectò ratio ſuadet, quod & iſta ſanatio Sororis Fælicis Fortunatæ de Sardis ſecuta ad inuocationem B. Iu-

 lia-

lianæ de Falconerijs tutò valeat à Sanctitate Veſtra approbari.

Quod caſus hic no ſter verſetur in fortioribus terminis, ex eo manifeſtè liquet, quod in caſu d. primi Miraculi Sanctæ Agnetis, Sanata, quæ atteſtationem exarauerat ob præmorientiam non fuit audita à Iudicibus remiſſorialibus; Noſtra autem, Sanata fuit examinata formiter, &c, vt ex precedenti diſcurſu conſtat, illud idem ſub Iudicibus depoſuit, quod priùs per modum puræ, & ſimplicis hyſtoriæ narrauerat.

Nec quicquam prodeſt ſi a Reuerendiſſimo Fidei Promotore replicetur, quod in caſu Sanctæ Agnetis licet in Proceſſu inſertæ non fuerunt atteſtationes Sanatæ, & Medici, nihilominùs fuerunt tandem iſtæ allatæ, & ſuppòſitæ oculis hujus Sacræ Congregationis, & leguntur de facto in *Summ. Additionali primi Miraculi num. 1. per tot.* Non inquam hæc replicatio quicquam prodeſt; quandoquidem ratio potiſſima, quare hæc Sac. Congregatio mota fuit ad dicendum = *conſtare de primo Miraculo S. Agnetis* = non fuit, quia tandem allatæ fuerint prædictæ atteſtationes; cum ex vna parte ſemper vrgeret reſponſio, quod illæ non erant de actis, vtpotè, quæ inſertæ non fuerunt in Proceſſu remiſſoriali, & ex altera parte ſemper potuiſſet Reuerendiſſimus Fidei Promotor reſpondere, quod, cum Sanata in Proceſſu remiſſoriali audita non fuerit, non poterat Sac. Congregatio certificari, an eadem Sanata, ſemel ſub Iudicibus Apoſtolicis conſtituta illud idem aſſeruerit, quod olim aſſeruerat in præcitata atteſtatione, vel quod in eo dicto, quod primo ſcripſerat, perſtitiſſet. Ratio itaque potiſſima fuit, quia in Proceſſu Apoſtolico, iam ſatis ſuperque probabantur extrema Miraculi, & inuocatio ex pluribus Teſtibus de viſu; Cumque hæc eadem ratio militet in præſenti, & inſuper ipſimet Sanata audita ſit cum Medico Fabretti in noſtro Proceſſu remiſſoriali, non videtur ambigendum quin, haud obſtante, quod relationes prædictæ inſertæ non fuerint in eodem Proceſſu Remiſſoriali, poſſit, omni alio ſcrupulo neglecto, hæc prima ſanatio optimo iure, vti miraculoſa approbari.

Secundo loco idem Reuerendiſſimus Fidei Promotor §. *Secunda* animaduertit, quod tàm in Ciuitate Piſarum, quam etiam in ipſomet Monaſterio S. Benedicti, vbi ſucceſſit ſanatio, dubitatum fuerit de qualitate miraculoſa eiuſdem ſanationis, immò, quod aliquę Perſonæ fuerint, quæ nedum dubitarunt, ſed poſitiuè negarunt, ſanationem fuiſſe Miraculoſam; Vndè cum Iudices neglexerint audire illas Perſonas, de quibus conſtat dubitaſſe, aut etiam negaſſe dictam qualitatem Miraculoſam ſanationis, Miraculum ipſum redditum ſit ſuſpicione pleniſſimum, ità, & taliter, vt ab hac Sacra Congregatione nullo pacto reſponderi poſſit = *conſtare de Miraculo*.

Vtque aſſumptum facto comprobet, nonnullos Teſtes citat ex *Summario*, quos tamen opportunè conciliando, opportunas quoque reſponſiones tribuemus obiectis. Refert ergo primo dictum decimi Teſtis Doctoris Bartholomæi Leonardi *Summ.* § 363, ibi = *Hò ſentito dire al Sig. Caualier Lippi diſcorrendo ſeco à Tauola (come adeſſo mi ricordo) di queſto fatto, che à voler prouare vn Miracolo ci vuol molto, e che la natura alle volte può fare qualche operazione, che non ſappiamo &c.*

Hoc autem dictum tàm parum prodeſt intento Reuerendiſſimi Promotoris, vt potiùs ex oppoſito fauere videatur miraculo, Vel enim ſermo eſt, quod ipſemet Medicus Leonardi dubitauerit de miraculo, vel ſermo eſt non de Medico Leonardi, ſed dumtaxat de Equite Aſcanio Lippi. Si ſermo eſt de Medico Leonardi, ſatis eſt legere integram eius reſponſionem

nem ad decimum ſeptimum Interrogatorium, vt omnis penitùs difficultas tollatur; inquit enim *Summario* §.363. ibi: *Io non mi ricordo d'auerne diſcorſo con altri, che col Signor Dottor Fabretti, quale lo giudica miracoloſo, ed io parimente per tale l'hò ſempre giudicato; nè hò ſentito dire da alcuno poſitiuamente, che non ſia miracolo; Solo hò ſentito dire al Sig. Caualiere Aſcanio Lippi diſcorrendo ſeco à Tauola (come adeſſo mi ricordo) di queſto fatto, che à voler prouare vn miracolo ci vuol di molto, e che la natura alle volte può fare qualche operazione, che non ſappiamo. Io però ſono di ſentimento, che in queſto caſo la natura non abbia operato coſ'alcuna, perche non è ſeguita criſe alcuna, e la ſanazione è ſeguita in vn'iſtante &c.* = ex qua inquam reſponſione colligitur, quod Doctor Leonardi ſemper conſtans fuit in habendo ſanationem prò miraculoſa.

Vel ſermo eſt de Equite Aſcanio Lippi, & iſte non dixit, ſe dubitare in particulari de hoc miraculo, ſed ſolum propoſuit difficultates generales, non tàm reſpectu ad eſſe, quàm reſpectu ad probationes. Et quidem nihil non ſatis obuium aſſeruit, dùm dixit, quod = *A' voler prouare vn miracolo ci vuole di molto* = quod eſt adeò verum, vt in exercitio quotidiè videamus, & experiamur, quantum inſudare oporteat pro vnius miraculi approbatione.

Nec quicquam durius addidit, dùm ſubiunxit = *E che la natura alle volte può fare qualche operazione, che non ſappiamo* = In hoc enim verum omninò aſſeruit. Et quis neget naturam ipſam erumpere quandoque in prodigia? In prodigia tamèn, quæ talia ſunt propter raritatem, & quià nobis ignota, non verò, quæ talia ſunt, quià viribus ſupernaturalibus agentis patrata, quod in terminis implicat. De cœtero in propoſito huius miraculi nihil in contrarium affirmauit, ſed veluti imperitum ſe exiſtimans ab omni aſſenſu miraculo fauorabili abſtinuit. Aſt dato, quod Eques iſte ſciolum agens, nedùm dubitauerit de miraculo, ſed illud prorsùs negauerit; propterea ne omnes de Ciuitate, vel plures dubitarunt, aut negarunt qualitatem dictæ ſanationis prodigioſam? Cùm è contrà ex dicto cœterorum Teſtium infra referendorum habeamus, quod tàm in Monaſterio, quàm in Ciuitate ſanatio Sororis Felicis Fortunatæ habita fuit prò miraculoſa; Et quid tandem ponderis addere potuiſſet coram Iudicibus remiſſorialibus dictum vnius, Medicæ artis prorsùs imperiti, qui nec Sanatam vidit, nec ſanationi interfuit, vt ab eodem pondere timeatur noſtrum obrui poſſe miraculum?

Minùs obſtat dictum Monialis Sanatæ citatum ab eodem Reuerendiſſimo Promotore ad oſtendendum, quod non ſolùm in Ciuitate, ſed etiam in ipſomet Monaſterio dubitatum fuit de miraculo *Summario* §.1. ibi = *Mi pare, che mi abbia guarito dal male, che aueuo, del quale è più di vn'anno, che non ne hò patito* = Etenim an Sanata ipſa dubitauerit de miraculo prædictæ Beatæ Iulianæ, vel potiùs certa fuerit de ipſo, conſtat ad euidentiam ex alijs dictis eiuſdem Sanatæ *Summario* §.5. ibi = *E vn'anno terminato nella ſcorſa Domenica, che non hò più patito di queſti mali; e l'eſſer liberata da queſti mali, la riconoſco dalla Beata Giuliana ſopradetta* = & §.21. ibi = *La mia è ſtata guarigione ſoprannaturale, e per tale la credo, perche mi partì ſubito la febre, che in anni quindeci, non ſono ſtata quaſi mai ſenza, e perche non fù adoperato rimedio alcuno* = & §.35. ibi = *E ſolamente ſono guarita, come hò detto di ſopra per interceſſione della Beata Giuliana ſenz'adoperare medicamento alcuno &c.* = & §.39. ibi = *Io sò che ſono guarita*

rita per interceſſione della Beata Giuliana, perche erano più giorni, che mi raccomandauo à lei &c. = In his ergò dictis, Sanata noſtra nullam hæſitationem oſtendit de qualitate miraculoſa ſuæ ſanationis; reuera igitur de illa non dubitauit.

Quarè autem interrogata *iuxtà ſeptimum* reſponderit per verba *mi pare*, quæ dubitationem aliquam innuere videntur, ratio eſt in promptu. Sciendum namque eſt, quod noſtra Sanata erat valdè ſcrupuloſa; ità & taliter, quod magis mirum videri debeat, ipſam aliquando reſpondiſſe per verba determinata, quàm quod vna, vel altera vice reſponderit per verba *mi pare*; Hoc enim familiare eſt ſcrupuloſis, vt nihil prò certo affirmare audeant, vbi præſertim iuris iurandi vinculo ſeſe nouerint eſſe adſtrictos, timentes vbique, & ſemper in culpam grauem impingere.

Quod Sanata ſcrupulis modo dicto laboraret, habetur ex dicto ipſius *Summario* §.66., vbi occaſione referendi apparitionem quamdam (de qua infrà habebitur ſermo) inquit, ibi = *La ſera del dì primo Luglio Vigilia della Viſitazione della Beatiſſima Vergine era nella mia Cella, che piangeuo per li ſcrupoli di auer mancato à quanto mi haueua detto (come hò depoſto nell'altro eſame) la Beata Giuliana &c.* = & §.67. eadem occaſione, quæ ſuprà addit, ibi = *Nell'ottaua dell'Epifania di queſt'anno 1711., eſſendo in Camera leuata in tempo, che le Monache erano in Coro à dire l'Offizio, che poteua eſſere intorno ad vn'ora di notte, perche aueuo vn poco di debolezza di teſta, non volſe l'Abbadeſſa, che andaſſi coll'altre in Coro; nel mentre non trouauo modo di sbrigarmi da vn Salmo del Secondo Notturno, ch'era il Salmo = Inclina Domine aurem tuam &c.* =, *che dal doppo Veſpero ſino à quell'ora ſtauo ſempre ricominciandolo da capo, com'era il mio ſolito, anche per auanti per li grandi ſcrupoli, che aueuo di non dirlo bene &c.* = Hoc ipſum colligitur etiam ex dicto ſecundi Teſtis, quæ erat Abbatiſſa Monaſterij, *Summario* §.97. ibi = *Soggiungo, e replico eſſer ſtata detta guarigione à mio credere miracoloſa &c., e perche tale la giudica la Monaca guarita eſſendo di ſua natura ſcrupoloſa, e bene, e credo aſſolutiſſimamente, che ella non dieeſſe vna coſa, che non la credeſſe per vera* = Et rurſùs ex dicto VIII. Teſtis, nempè Confeſſarij, qui loquens de Sanata, & allegans eam, inquit, *Summario* §.264. ibi = *E perche fò vn gran capitale di quello Ella dice, perche è riguardatiſſima nel dire, e timidiſſima di non ingannarſi, e queſte coſe, che depongo le iò, perche le hò ſentite dire da lei fuori di confeſſione, e conoſco fuori di confeſſione il ſuo naturale &c.* =, & §.276. loquens pariter de Sanata, & eam pariter allegans inquit, ibi = *E queſto poſſo dire, che tante volte me le confermò con franchezza, quante volte glie ne domandai; che appreſſo di mè tal franchezza (per eſſer Ella ritenuta, e timida in materia del ſuo interno nell'aſſerire), e molto notabile, per la prattica ch'hò di lei di quaſi cinque anni &c.* =, quod, & repetit idem Confeſſarius §.277. & 286.

Quæ certè cum ita ſint, magis mirandum eſt (vt ſuprà diximus) quomodò tàm determinatè, Sanata depoſuerit, habere ſanationem ſuam pro miraculoſa, quam quod illa, vna, vel altera vice reſponderit per verba = *mi pare* = ad ea, quæ poſteà in decurſu examinis abſque vlla prorsùs hæſitatione abſolutè reſpondit.

Parique facilitate explicatur dictum V. Teſtis, quod paritèr refertur à Reuerendiſſimo Promotore in aſſumpti confirmationem ex *Proc. fol. 179. ter. Summar.* §.190. ibi = *E ſolo hò ſentito, che Suor Angelica Ciani Conuerſa ne dubitaua.* Etenim de hac V. Teſte, quæ erat infirmaria, & de

viſu

viſu in omnibus, calumnia eſſet dicere, quod ipſa de qualitate miraculoſa ſanationis prædictæ, vel minimum dubitauerit; ipſa enim (integra eius reſponſione accepta) inquit, ibi = *Communemente dalle Monache è ſtata imputata queſta guarigione miracoloſa, e tale la ſtimo io per le ragioni, ch'hò detto, e ſolo hò ſentito, che Suor Angelica Ciani Conuerſa ne dubitaua; mà queſta non vi fù preſente; ne mi pare d'auergli ſentito dire ragione per la quale ella dubitaſſe, che non fuſſe miracolo; hò ſentito dire communemente le Monache ſtimarlo miracolo &c.* ſolùm igitur fas eſt dicere, quod Soror Angelica Ciani Conuerſa dubitauerit de qualitate prodigioſa prædictæ ſanationis, (vt de facto probatur a Reuerendiſſimo Promotore ex dictis Teſtium XX., & XXXVII. *Proc. fol.* 479. & 636. reſpectiuè) ex quibus dictis prætendit inſuper probare, vt ſupra præmiſimus non ſolùm dubitationem, ſed poſitiuam quoque diſcredentiam, ad quæ omnia infrà adeqnatè reſponſum dabimus.

Quantum igitur attinet ad dictum VI. Teſtis ex *Proc. fol.* 139. *ter. Summ.* §. 216. ibi = *E ſolamente hò ſentito Suor Maria Caſtrucci qualche volta dire qualche coſa in contrario per impazienza nel ſeruirla; mà poi hò ſentito confeſſare alla medema anche, ch'era miracolo; ed anche à me qualche volta è paſſato qualche coſa per la mente in contrario, benche per altro l'hò ſtimato, e lo ſtimo per miracolo.* Quantum inquam attinet ad hanc VI. Teſtem Centurelli, iàm ipſa ſufficientèr ſe explicat, habuiſſe nimirùm ſanationem Sororis Fælicis Fortunatæ de Sardis pro miraculoſa, etiam hoc idem paulò antè declarauerat in reſponſione ad præcedens 15. Interrogatorium. *Summ.* §. 215. ibi = *Li Medici la giudicarono riſanata miracoloſamente, ed io steſſa la giudicai tale, perch'era guarita ſenza rimedi &c.*; Sed quia hæc VI. Teſtis pro opinione aliqualitèr contraria citat Sor. Mauram Caſtrucci, videamus, quid iſta coram Iudicibus Remiſſorialibus depoſuerit *Summ.* §. 229. ibi = *Io non sò render ragione, che coſa ſia miracolo, perche non me n'intendò; ſolamente mi pare miracolo quello della Monaca Sardi, perche rimaſe ſenza male, e ſenza febre, e mi parue vna bella coſa; ed aurei pianto d'allegrezza, perch'ero appiedi del letto in ginocchioni, e la viddi, e ſentiuo dire a lei, ch'era guarita &c.*, & §. 238. ibi = *Communemente da quelli, à quali nè hò ſentito parlare, è ſtato ſtimato miracolo, e tale lo ſtimo io, ne hò ſentito parlare in contrario.*

Ecce igitur, quod nec ipſa Soror Maura Caſtrucci de Miraculo dubitauit. Quod autem in mentem vtriuſque quandoque venerit aliquid in contrarium, mirari non debemus; tum quia erant fæminæ, & proindè, vt regularitèr contingit, ſubiectæ ſcrupulis, & anxietatibus. Tùm etiam quia apud nos nihil eſt certius Fidei Miſteriis, & tamen inuoluntarias circa ea patimur dubitationes; abſque eo quod propter illas, aut leuitatis, aut incredulitatis damnari mereamur. Quid ergò mirum eſſet, ſi ſuper re aliàs metaphiſicè incerta, duæ fæminæ inuoluntariè titubarent? maximè cum omnes Proceſſus Teſtes, Medici nimirùm, Confeſſarius, Abbatiſſa, Sanata ipſa, Infirmaria, & cæteri tandèm Teſtes de viſu conſtantèr, perpetuò, & irrefragabilitèr habnerint ſanationem pro miraculoſa, vt videre eſt apud Teſtes in Summario huius primi miraculi (cuius particulas referre prætermittimus ad prolixitatem vitandam) §. 21. 38. 39. 45. 48. 74. 76. 89. 90. 95. 97. 100. 117. 126. 129. 137. 150. 154. 158. 162. 170. 185. 187. 189. 190. 197. 215. 229. 236. 237. 270. 273. 285. 302. 311. 312. 329. 339. 363. 384. 390. 405. 406. 411. 912. 417. & 421.

To-

Totus igitur rumor reducitur, & fit à Sorore Conuerſa Angelica Ciani, quæ, vt inquit Reuerendiſſimus Fidei Promotor, aut dubitauit de qualitate miraculoſa ſanationis, de qua agitur, aut illam poſitiuè diſcredidit, vt colligi videtur ex XX., & ex XXXVII. Teſtibus in Animaduerſionibus relatis, quorum verba ſunt, quæ ſequuntur. Inquit enim XX. Teſtis ibi = *E non hò ſentito dire altro in contrario, ſe non che à Suor Angela Ciani, che non la ſtimaua guarita, perche non la vedeua a tutte le Communità, come l'altre*, & XXXVII. ibi = *Deuo aggiungere di auer ſentito dire da Suor Angelica Ciani Conuerſa, che non credeua, che la guarigione di Sor Felice Fortunata Sardi foſſe ſeguita per miracolo; mà ch'era guarita, perch'era voluta guarire*, & ibi = *E ſimilmente deuo dire, che quelli, che non hanno creduto, che la ſanazione ſia miracoloſa, ſono l'iſteſſa Sor Angelica Ciani, e dell'altre non me ne ricordo &c.* = Totus inquam rumor fit ab iſta Conuerſa in Monaſterio, quemadmodùm totus rumor in Ciuitate reducebatur ad Equitem Aſcanium Lippi, de quo iàm ſuprà. Sed ſicuti ex iſtius ſemidubitatione non colligitur dubitatio Ciuitatis, ità ex irrationabili dubitatione vnius Conuerſę, deduci non valet dubitatio totius Monaſterii, aut partis notabilis illius.

Nec fiat difficultas in eo, quod Iudices Remiſſoriales eam neglixerint audire, aut vocare; quia ſuppoſito, quod ex dicto omnium Teſtium conſtat, quod communitèr tàm in Monaſterio, quàm in Ciuitate ſanatio Sororis Fælicis Fortunatæ de Sardis reputaretur miraculoſa, ipſam profitentibus Teſtibus de ſeipſis; & cum ex dicto V. Teſtis habeatur, quod hæc Conuerſa, quamuis de miraculo dubitauerit, nullam tamen rationem dubitandi adducebat, ibi = *ne mi pare d'auerli ſentito dire ragione, per la quale ella dubitaſſe, che non foſſe miracolo &c.*, & ex quo tandem ex dicto XX., & XXXVII Teſtium hæc Conuerſa, nec rationabile motiuum adduceret ſuæ dubitationis, nec ſibi ipſi conſtans eſſet, poterat abſque metu cuiuſcumque contrariæ præſumptionis legitimè ſperni à Iudicibus Remiſſorialibus.

Quod autem ex dicto XX., & XXXVII. Teſtium hæc Conuerſa nec rationabile motiuum ſuæ dubitationis adduceret, nec ſibi ipſi conſtans appareret, ad euidentiam deducitur, recitando iterum dicta earumdem Teſtium; inquit enim XX. ibi = *E non hò ſentito dire altro in contrario, ſe non che à Suor Angelica Ciani, che non la ſtimaua guarita, perche non la vedeua à tutte le communità, come l'altre* = & XXXVII. ibi = *deuo aggiungere d'auer ſentito dire da Suor Angelica Ciani Conuerſa, che non credeua; che la guarigione di Suor Felice Fortunata Sardi foſſe ſeguita per miracolo; mà ch'era guarita, perche era voluta guarire* = Etenim ex vtriuſque hujus Teſtis dictis nemo non videt, hanc Conuerſam (abſit iniuria verbo) veluti ſtultam locutam fuiſſe; primo enim aiebat, Sanatam non conualuiſſe, quià videlicet non intererat omnibus actibus Communitatis, ſicuti cæteræ Moniales; Et poſteà ajebat, ſanationem eius non fuiſſe miraculoſam; *mà che era guarita, perche era voluta guarire*. Expreſſiones iſtæ, ſi veritatem amamus, vel omninò inſulſæ ſunt, vel amara bili ſunt plenæ, & ex illis colligitur quod nam fuerit motiuum dubitationis, aut incredulitatis hujus Conuerſæ; Malus ſiquidem animus erga Sanatam, cui non poterat, vel verbum vnum pacificè loqui; Vndè rationabilitèr Conuerſa hæc fuit reprehenſa à XX. Teſte, quæ poſt verba à Reuerendiſſimo Promotore adducta ſubiunxit *Summ. add. §. 1.* ibi = *Ed io gli riſpoſi, che*

era-

erano ſcioccherie il dir così, perche l'eſſer guarita era un fatto, ed il non comparire alla Communità era un'altro.

Quid ergo coràm Judicibus dixiſſet iſta Converſa Ciani? Negaſſet fortè hujus miraculi extremum? Sed hoc probatur concludentèr à quatuor Medicis, uno Sacerdote, & quinque Monialibus de viſu. Negaſſet ſecundum? Aut invocationem Beatæ? Sed & hæc pluſquam concludentèr probantur, ultra Sanatam, à novem Teſtibus oculatis; ſperni ergo potuit à Judicibus Remiſſorialibus, abſque metu, quod dubitatio irrationabilis unius dumtaxat Converſæ præſumptioni contrariæ locum daret; maximè quia Converſa hæc, non fuit præſens invocationi, & inſtantaneæ ſanationi, ut conſtat *ex Summ.* hujus primi Miraculi §. 190.

Neque dicatur, quod ultra ipſam aliæ quoque Moniales dubitaverint, aut non crediderint, ut videtur deduci ex dicto XXXVII. Teſtis *Proc. fol. 636. Cit. à Reverendiſſimo Fidei Promotore §. ſecunda conſiſtit* ibi = *e ſimilmente devo dire, che, quelli, che non hanno creduto, che la ſanazione ſia miracoloſa ſono l'iſteſſa Suor Angelica Ciani, e dell' altre non me ne ricordo* = Tùm quià ex duductis ſupra §. *Ecce igitur, conſtat*, quod communis exiſtimatio omnium Monialium fuerit favore miraculi; Undè patet, dictum hujus 37. Teſtis in concurſu tot aliorum contrarium aſſerentium parum referre; Tùm etiam quià dictum hujus 37. Teſtis id ipſum confirmat in ſubſtantia, quod cæteri aſſeruerunt; dicendo enìm, *che quelli, che hanno creduto, che la ſanazione ſia miracoloſa, ſono l'iſteſſa Suor Angelica Ciani, e dell' altre non me ne ricordo*: Significavit, quod præter ipſam, nullus alius erat, qui ſanationem prædictam pro miraculoſa non habuerit, ac ſi dixiſſet, *e non mi ricordo d'altre*. Quælibet enìm interpretatio capienda eſt, ut Teſtes inter ſe concilientur, & contradictio vitetur, *Rot. deciſ.* 175. *num.* 8. *par.* 19 *rec. tom.* 1.

Non omiſſo, quod quæcumque ſit hæc ſecunda animadverſio, circa quam hactenùs immorati ſumus, fuit à Reverendiſſimo Fidei Promotore, relata etiam in Cauſa Montis Politiani Beatæ Agnetis, ut conſtat ex Animadverſionibus ſuper primo Miraculo §. *Tertio deſumitur & ſeqq.* ibi enìm Judices Remiſſoriales, ſicut in caſu præſenti, omiſerunt ad examen vocare nonnullas Moniales, quæ de ſanatione aliàs miraculoſa dubitaverant. Hoc tamen minimè obſtante, quià motiva eorum dubitationum frivola erant [ut colligebatur ex dictis Teſtium, ut in caſu præſenti] eædem Moniales potuerunt à Judicibus Remiſſorialibus legitimè ſperni; & de facto prima illa Sanatio Sororis Catharinæ de Bonis fuit à S. V. approbata inter Miracula 3. generis. Non eſt ergo ratio, cur ex eiſdem circumſtantiis etiam hæc Sanatio Sororis Felicis Fortunatæ de Sardis, ſecuta ad invocationem Beatæ Julianæ approbari tutò non valeat.

Tertiò animadvertit Reverendiſſimus Fidei Promotor §. *Tertio deſumitur*, quod à nobis non juſtificetur; dictam Sororem Felicem Fortunatam ſolùm imploraſſe adiutorium Beatæ Julianæ; maximè quià interrogata à Iudicibus ipſa Sanata, an ſimul invocaverit alios Sanctos, dubitativè reſpondit ibi = *ne in quel tempo mi pare, che mi veniſſero in mente altri Santi &c.* quæ dubitativa reſponſio [inquit] nil certi concludit circa invocationem aliorum Sanctorum; quinimò argui ex ea poteſt oppoſitum.

Vetùm hæc animadverſio facillimè diſpellitur ex ipſomet ſummatio;

B Sa-

Sanata enim interrogata de hac invocatione, reſpondit *Summ. hujus primi Miraculi* §. 14. ibi = *Io in quel tempo non mi ricordai d'altri, che della B. Giuliana*, & §. 23. ibi = *io non mi raccommandai ad altri, che alla Beata Giuliana, come hò detto di ſopra, ne mi furono portate reliquie d'altri Santi, ne propoſte altre divozioni*, & §. 35. ibi = *e ſolamente ſono guarita, come hò detto di ſopra per interceſſione della Beata Giuliana*, & §. 38, ibi = *e ſolo mi liberai, come ſopra per interceſſione della Beata Giuliana*, & §. 39. (undè verba dubitativa deprompſit Reverendiſſimus Fidei Promotor), ibi = *Io sò, che ſon guarita per interceſſione della Beata Giuliana, perche erano più giorni, che mi raccomandavo a lei, e deſideravo d'aver gli accidenti, perche avevo fiducia di guarire per mezzo ſuo; e mi ricordo, che avendomi il Padre Confeſſore [quando mi diſſe, che mi raccomandaſſi a lei] offerto di volermela far baciare, li riſpoſe, che aſpettaſſe, che mi veniſſero gli accidenti, perche mi pareva, che allora mi ſarei raccomandata con più fede, ed egli me la portò, non oſtante a baciare, e nel giorno, che guarii, mi raccomandai a lei, che s'era volontà di Dio, che guariſſi, m'intercedeſſe la ſanità per ſervire il Monaſtero = ne in quel tempo mi pare, che mi veniſſero in mente altri Santi*, & §.61. ibi = *eſſer vero, che in detto giorno ſi raccomandò alla Beata Giuliana nel modo, c'hà detto di ſopra, al che ſi rimette*.

Et hæc abſque dubio ſufficerent pro deſtruenda ratione dubitandi R̃mi Fidei Promotoris. Sed ad magis, magiſque veritatem oſtendendam videamus, an alii Teſtes, ſeù de propria eorum ſcientia, ſeù de auditu à Sanata id ipſum confirment. Igitur ſecunda Teſtis Mater Abbatiſſa *Summ.* §. 84. inquit ibi = *Io sò ch' Ella è guarita per interceſſione della Beata Giuliana per le ragioni, c'hò detto di ſopra, perche viddi, e sò, ch'ella ſi raccomandava alla Beata Giuliana, e che aveva una gran fiducia in eſſa, e ſi faceva raccomandare anche dall'altre, e nell'iſteſſo tempo, che guarì, diſſe, che s'era raccomandata a lei, ne sò, che ſi raccomandaſſe ad altri Santi*. Tertius Teſtis *dicto Summ.* §.12. ibi = *Io sò ch'è guarita per interceſſione della Beata Giuliana, perche mi fù detto d'aver chieſto la ſua Reliquia, e li fù portata, ed applicata alla mia preſenza, e perche la viddi riſanare, ne la ſentii invocare altri Santi, & ella medeſima hà detto eſſerſi raccomandata a lei, & a lei l'attribuiſco certamente &c.* IV. Teſtis adiutrix infirmæ §.154. ibi = *che la liberazione nel ſudetto dì 18. Gennaro ſia ſeguita per interceſſione della B. Giuliana, lo sò, perche fui quella, che gli domandai, ſe voleva la reliquia, come hò detto di ſopra, e perche lei ſteſſa mi diſſe eſſerſi raccomandata alla detta Beata Giuliana in quell'occaſione, e non ad altri Santi*. V. Teſtis Infirmaria §. 183. ibi = *che rimaſe guarita per interceſſione della B. Giuliana &c., e non sò, ch' Ella invocaſſe altri Santi, ne ſi puole attribuire ad altri Santi, perche anche prima ſe li portaſſe aveva una gran fiducia in queſta Beata,, perche diſſe, ch'era guarita per interceſſione della Beata Giuliana*. VI. Teſtis *Summ.* §. 211. ibi = *Io sò, che è guarita per l'interceſſione della Beata Giuliana, perche aveva fatto orazione avanti alla medeſima. Noi la raccomandammo alla detta Beata, ed ella dopò diſſe, che ſi era raccomandata ad eſſa, e non sò, che ſi ſia raccomandata ad altri Santi &c.* VII. Teſtis *Summ.* §.232., ibi = *Io sò che guarì per interceſſione della Beata Giuliana, perche avevo ſentito dire la medeſima, che voleva raccomandarſi alla Beata Giuliana, e di poi gli ſentii dire, che a lei ſi era raccomandata, ne ſapere, che ad altri Santi ſi foſſe raccoman-*

da-

data, perche diſſe volerſi raccomandare a lei, ed io ſteſſa la raccomandai alla Beata Giuliana coll'altre Monache. VIII. Teſtis nempè Confeſſarius *Summ.* §. 259. & 263. ibi = *Io sò, che ſeguì la di lei ſanazione ad interceſſione della Beata Giuliana &c. e perche me l'hà detto doppo, e per aver fatto molte divozioni di rendimenti di grazie alla medeſima Beata; ne invocò altri Santi; e perche ſò un gran capitale di quello ella dice, perche è riguardatiſſima nel dire, e timidiſſima di non ingannarſi, e queſte coſe, che depongo le sò, perche l'hò ſentito dire da lei fuori di confeſſione, e conoſco fuori di confeſſione il ſuo naturale &c.* & §. 397.

Ex dicto igitur Sanatæ ipſius, & Teſtium recenſitorum, pluſquàm evidentèr conſtat ſolùm B. Julianam invocatam fuiſſe, & non alios Sanctos. Quod ſi in reſponſione citata à Reverendiſſimo Fidei Promotore Sanata reſpondit per verba = *nè in quel tempo mi pare, che mi veniſſero in mente altri Santi*, recurrit eadem reſponſio, de qua ſupra §. *Quarè autem, & ſeqq.* quià videlicet Sanata vexata erat à ſcrupulis, ut ibidem probatum eſt. Quo ſtante, mirum videri non debet, quod in repetitis interrogationibus reſponderit cum aliqua accidentali variatione; nihil enim magis obvium, & familiare fæminis ſcrupuloſis.

Accedit, quod ſi Sanata dixiſſet = *mi pare che in quel tempo mi veniſſero in mente altri Santi*. Adhùc hæc expreſſio non repugnaret aliis expreſſionibus ejuſdem Sanatæ, in quibus ut ſupra viſum eſt, aſſeruit, non invocaſſe alios Sanctos. Quià aliud eſt, quod alii Sancti venerint in mentem Sanatæ tempore Sanationis, aliud eſt, quod tempore Sanationis alios Sanctos invocaverit: poterat enìm Ægra cogitare de aliis Sanctis, præter B. Julianam, & hanc dumtaxàt invocare. Multò ergo fortiùs obſtare non debet hæc prætenſa dubitatio Sanatę, quæ ſe expreſſit = *ne in quel tempo mi pare mi veniſſe in mente altri Santi*. Si enìm affirmatio meræ cogitationis aliorum Sanctorum non obſtaret; multò minùs negatio. Imò hæc coniungi debet cum reliquis reſponſionibus ejuſdem Teſtis ex vulgatis.

Adſtipulantibus præſertim veritati invocationis ſolius Beatæ Iulianæ tùm devotione, ac fiducia Sanatę erga ipſam Beatam præviè ad ſanationem *Summ.* §. 9. 29. 36. 61. 64. 71.; tùm etiàm gratiarum actionibus poſt ſanationem ipſam *Summ.* §. 16. 66. 67. 264., & alibi. Tùm denique famâ publicâ, de qua pariter *toto Summ. de primi Miraculi*, in quo omnes Teſtes conveniunt in exiſtimatione, quod miraculum hoc fuerit patratum ad invocationem Beatæ Iulianæ, & hoc ipſo, quod nullibi alius Sanctus legatur invocatus, eo ipſo colligitur quod ſolùm ad Beatam Iulianam fuerit habitus à Sanata recurſus.

Quartò opponit Reverendiſſimus Promotor Fidei §. *Quarta promanat*, quod noſtra Sanata poſt recuperatam miraculosè, & inſtantaneè ſanitatem, non omiſit uti remediis naturalibus, & proceſſit cum magna cautela tàm in Cibis, quàm in actibus obſervantiæ Clauſtralis, & uſa eſt aliquandò ad præſervationem aromatibus, & aliquandò Sanguinis emiſſione, ex quo concludit, quod ſanatio dici non poterat miraculoſa, & ex cauſa ſupernaturali proveniens, dùm aliàs undequaque ſuperflua remanſiſſet quælibet cautela, & præſervatio pro recuperanda ſanitate.

Verùm ſi diſcurſus iſte quicquam concluderet, concluderet certè, quod poſt quamcumque ſupernaturalem ſanationem, quiſque ſanatus poſſet ſpernere omne præſervativum, quaſi quod agens ſupernatu-

rale, quod meritis alicujus Servi ſui, ſalutem Corporis ſemel reſtituit, teneretur ſemper, & quandocumque conſervare, abſque aliqua naturali cautela, & quod ſanando à morbo, complexionem quoque immutare deberet, quod quidem eſt nimis exigere.

Conſtat autem ex totius Summarii lectura, quod hæc Infirma erat gracilis complexionis, quod ex ipſo habitu colligitur; cum per quindecim annos decubuerit infirma. Ipſo igitur lumine naturali liquet, nec eſſe contra rationem miraculi, quod quis poſt receptam ſanationem miraculosè cum magna procedat cautela. Imò docuit hoc Redemptor Noſter, qui poſt redditam Languido ſanitatem Ioan. 5. 14 = *Ecce Sanus factus es; jàm noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*. Et quamvìs Chriſtus Languido præſervativum morale tribuerit, procedit tamen paritatis ratio, etenìm ſi quià peccatum cauſaverat moralitèr Languido infirmitatem, Chriſtus monuit ipſum, ne in poſterum peccaret, ne deterius aliquid ei contingeret; ita laudanda eſt cautela noſtræ Sanatæ, ex quo ad ſe præſervandum, aùt à recidiva, aùt à nova infirmitate, ſuam, ſcrupulosâ circumſpectione, vitam regularet. Et certè ſi Sanata, poſt receptam ſanitatem, nullâ ſibi caviſſet attentione, ita quod in novam, vèl fortasſè in eamdem infirmitatem recidiſſet, omnes uno ore damnaremus ejus imprudentiam, ex eo, quod Agens illud ſupernaturale, ut ſupra dicebamus, quod ſanitatem miraculosè reſtituit, non tenebatur ex vi illius ad ejus conſervationem; Ità, ex quo Sanata omnem ſibi poſſibilem circumſpectionem adhibuerit, ne quid deteriùs ſibi contingeret, præjudicare non debet veritati miraculoſæ ſanationis à tàm inveterato morbo, & diuturna infirmitate. Ultraquamquod neſcimus in ſubſtantia, an curam hanc præſervativam ſui ipſius Sanata ſuſciperet propter neceſſitatem, aut potiùs, ut morem gereret aliis; erat enim, ut ſupra monuimus, ſcrupolis obnoxia: & ſi credimus VI. Teſti alias citatæ à Reverendiſſimo Promotore, id ipſum apprimè recognoſcemus, inquit enìm *Summ.* §. 224. ibi = *e ſtava però ſempre con qualche riguardo, ed alle volte nel rigor del freddo non è venuta al Matutino, credo di conſenſo dell' Abbadeſſà, e con qualche diſtinzione nel Cibo; del reſto è ſtata ſana, e ſe foſſe toccato à lei, ſarebbe ſempre venuta ordinariamente al Matutino.*

Sed demus etiam, quod hæc Sanata ad ſe præſervandum neceſſariò adhiberet cautelas à Reverendiſſimo Promotore judicatas, quid indè? Fiat collatio inter præſervativa, quæ miſera hæc Virgo ſuſcipiebat, dùm præmebatur infirmitatibus, & præſervativa, quæ ſuſcipiebat poſt ſanationem, & ſtatim ceſſabit omnis difficultas: Etenìm *Summ.* §.55.80.80.99.130.133.141.164. *&* 165. referunrur remedia, & præſervativa longè majora, & activiora: quibus non obſtantibus morbus erat ſemper, & perſeverabat in ſua contumacia. Audiamus Medicum Fabretti §.317. ibi = *eſſer veriſſimo quanto ſi dice in detto Articolo, perche ſi ſono fatte molte cure preſervative, cioè latte, ſieri, china, acciaj, ed altri medicamenti, e ciò ſaperlo per avergli li ordinati lui medeſimo nel tempo, che l'hà medicata, e per aver veduto nel medeſimo tempo, che l'Inferma ſi ritrovava nella Cura preſervativa, ritornarli li medeſimi accidenti di convulſione, e patimenti in detto Articolo eſpreſſi &c.* & §. 2. & alius medicus, nempè Leonardi inquit, ibi = *Li rimedj da me ordinatigli erano emiſſioni di ſangue in più volte, da diverſe parti, coppette a tagli alla nucca, ed alle braccia, ed a*

ſuoi

ſuoi tempi gli ſurono fatte ſare cure preſervative in pigliare latte, decotti di Salſa, bocconi di diverſe ſorti, China, che in vece di fargli bene, gli faceva creſcere la ſebre, e la nauſea dello ſtomaco, ne con tutti queſti medicamenti è potuta mai guarire, perche ſe riceveva qualche ſollievo, non durava molto, ma li ritornavano le medeſime oppreſſioni, & accidenti &c. Præſerativa autèm, quæ poſt ſanationem ſuſceperat, narrantur in locis ſupracitatis à Reverendiſſimo Promotore, ibi = *ſtava però ſempre con qualche riguardo, & alle volte nel rigore del freddo non è venuta a Matutino &c. e con qualche diſtinzione di cibo*. Nemò igitur non vider, quod iſta cautela adhibita eſt à Sanata ad melius eſſe, ut videlicet in divinitus recuperata ſalute perſeveraret; alioquin, ſicuti præſervativa longè activiora non proderant, ità non profuiſſent minora, ſi ſemel Ægra noſtra non fuiſſet perfectè ſanata.

Quantum autèm ad id, quod ſubjungitur ex IX. Teſte §. 327. ibi = *dovere aggiungere, che uſando detta Suor Felice degl' Aromati per preſervarſi* = totum hoc ex diametro repugnat aſſumpto Reverendiſſimi Fidei Promotoris, quandoquidem pluſquàm compertum eſt apud Medicæ artis Peritos, quod frequens uſus Aromatum (quamvìs in Morbis hiſtericis mulierum non ſit damnabils) ubi tamen immineat, aut timeatur, ſicuti timeri rationabilitèr poterat ex præcedentium Symptomatum experientia, febris, æſtus, inſultus, ſemper habeatur pro noxio *Ludovic. Mercat. de Morb. Mulier. lib. 2. cap. 2. litt. B. Theophil. Bonet. in Medic. ſeptentrionali lib. 4. de paſſion. hiſteric. obſervat. 6.*, Idem *Bonet. tom. 3. fol. mihi 290. Vacandæus de Morb. Mulier. cap. 7. ſub §. Cognito igitur*. Quod eſt adeò verùm, ut in punctualibus terminis noſtræ Sanatæ aſſerere non dubitaverit Medicus Curæ loco à Reverendiſſimo Fidei Promotore citato, & *ſumm.* §. 327. ibi = *diſſe dover aggiungere, che uſando detta Suor Felice Fortunata delli Aromati, per preſervarſi, potevano eſſer ſtati ancor queſti con cauſe, che con il lor calore le ſi riſvegliaſſe quell' inquietitudine di Stomaco*. Tantùm itaquè abeſt, quod præſervativa, & cautelæ, quibus noſtra Sanata intendebat ſe ſublevare, ſuadere videantur, quod non erat in totum ſublata malitia Morbi, quo Monialis conflictabatur, ut meliùs, & fuſiùs patebit ex infra dicendis pro reſponſione ad ſequentes difficultates.

Quintam difficultatem excitat Reverendiſſimus Promotor in ſuis animadverſionibus §. *Quintam ſuppeditat*, ex verbis Bartholomæi Leonardi Medici Curæ *Summ.* §. 342. ibi = *ne aver veduto in lei alcuna Reliquia de' ſopradetti mali, ne aver ſaputo conoſcere altro, che un poco di laſſitudine, e poco colore in viſo, il che non l'impediva di andare per il Convento*; quæ obſtare inquit Reverendiſſimus Promotor inſtantaneitati neceſſario requiſitæ in hoc miraculo tertii generis.

Verum hæc quoque difficultas prorsùs ceſſare dignoſcitur, ſi præ oculis habeantur omnium Teſtium depoſitiones, nec vel ipſo Medico Leonardi excepto. Duo itaque ſunt, quæ verificari oportet, videlicèt, quod poſt hanc Sanationem miraculoſam, nec virium laxitudo remanſerit, nec pallor in vultu, & quod, quominùs etiam remanſerit, nihil prorsùs obſtarent in præſenti caſu, & ad effectum, de quo agitur.

Quantum ad primum non pigeat audire Sanatam, quæ de facto proprio deponens *ait* §. 41. ibi = *ſubito che mi fu accoſtata la Reliquia al Capo, & alla Gola guarii interamente, mi ceſſarono, come hò detto, gli acci-*

denti

denti, e tutti gl' altri mali, che avevo, ne mi reſtò reſiduo alcuno de miei mali &c. mi ritornorono le forze, cenai beniſſimo, & un dito del piede &c. che ſempre batteva, e ſi ſcuoteva, ſubito ſi fermò anch'eſſo &c. = Audiatur etiam ſecunda Teſtis Mater Abbatiſſa §. 85. ibi = ſubito meſſa la Reliquia ſul petto, come hò detto di ſopra li ceſsò il male, e guarì; e li ſegni furono queſti, che li ceſſarono ſubito gli accidenti, li ceſsò la febre &c. poi diſſe che ſi voleva levare, perche era guarita, e ſi ſarebbe levata, ſe io non glie l'aveſſi proibito, perche era tardi, e non gli rimaſe ne debolezza, ne Reliquia alcuna del male &c. §. 109. ibi = eſſer vero, che detta Suor Felice Fortunata è ſtata ſempre ſana in queſto tempo, ritornata in forze, in colore, e ſangue, che prima come acqua, ed adeſſo è buono come hanno riconoſciuto i Medici. Audiatur III. Teſtis §. 123. ibi = Doppo, che li fu portata la Reliquia il male ceſsò &c. perche quando arrivammo pativa di tali accidenti, e reſtò &c. riſanata ſubito, e perfettamente, ne vi rimaſe alcun' avanzo del male, come l'altre volte &c. Idem aſſerit IV. Teſtis adiutrix, & aſſiſtens Infirmæ §. 155. ibi = Hò già detto di ſopra, che dopò gli fù applicata la Reliquia di detta Beata Giuliana l' iſteſſa Monaca guarì &c. ne ve rimaſero reliquie del ſuo male &c. Idèm, & V. Teſtis Infirmaria §. 184. ibi = Doppo l'applicazione della Reliquia ceſsò ſubito il male, e ſi conobbe da tutte le Monache preſenti, perche rimaſe libera in un tratto da tutti li ſuoi mali; voleva levarſi; mà l'Abbadeſſa non glie lo permiſe; Gli ceſsò anche la febre, &c. ne li rimaſe ſtraccio alcuno di male, ne debolezza, che la mattina ſuſſeguente ſi levò francamente, e l'altre volte ancorche ſi liberaſſe da tali accidenti, reſtava debole per moltiſſimo tempo &c. Idem affirmat VII. Teſtis §. 233. ibi = Subito, che fù applicata ad eſſa la Reliquia di detta Beata Giuliana, gli ſparirono le convulſioni, gli ceſsò il vomito, gli andò via la febre &c. ne gli è rimaſto ſegno alcuno, ch' io conoſca di detti mali &c. VIII. Teſtis §. 265. ibi = Subito che accòſtai la Reliquia della Beata Giuliana alla teſta, & alla gola di Suor Felice Fortunata Sardi gli ceſsò ogni male &c. ne gli reſtarono reliquie alcune del male. IX. Teſtis Medicus Fabretti §. 201. ibi = la trovai pure guarita di tutti gli altri mali, ed in ſtato di levarſi, avendo le ſue forze, e ſenza debolezza &c. & § 304. ibi = La mattina ſeguente la viſitai, la viddi, li toccai il polſo, e la ritrovai intieramente ſanata, ed in ſtato di poterſi levare &c. la faccia ilare, con ſpirito, e ſenza debolezza, e non vi reſtò reliquia alcuna del male &c. quod eſt repetit §. 324. X. Teſtis dictus Medicus Leonardi à Reverendiſſimo Promotore aliàs citatus inquit §. 339. 350. 351. & 352. ibi = la ſua guarigione doppo l'invocazione della B. Giuliana ſeguì in un tratto &c. ne vi rimaſe veſtigio alcuno del male in cauſam ſcientiæ &c. ne aver veduto in lei alcuna reliquia de ſopradetti mali. X. Teſtis D. Medicus de Gallenis §. 398. ibi = & oltre a ſopradetti ſegni dell' iſtantanea ſanazione gli tornarono le ſue forze &c. ne vi reſtò reliquia di male, e non ſolo riſanò dal paroſiſmo, ma ancora dalla cauſa, e diſpoſizione abbituata di eſſo. Teſtis XII. Medicus Tilli §. 413. depoſuit conformiter ad prædictos.

Itaque ex omnibus Teſtibus, & præcipuè ex Sanata ipſa habemus, ipſam non remanſiſſe viribus debilem, ſed potiùs in ſua naturali diſpoſitione, & vigore, & ex Teſtibus II. & IX. habemus, quod in ſanatione recuperavit colorem; undè ceſſare etiam debet ſuſpicio Reverendiſſimi Fidei Promotoris, plus enìm deferendum eſt undecim Teſtibus, inter quos tot de viſu, & tres Medici, quam uni Medico

Leo-

Leonardi, quatenùs iſte fuiſſet à cæteris in ſubſtantia inſtantaneæ ſanationis difformis, cujus oppoſitum ex mox citata ejus depoſitione dignoſcitur.

Præterquamquod facilè conciliatur dictum Medici Leonardi cum dictis cæterorum Teſtium, advertendo; quod iſte viſitavit Sanatam poſt aliquot dies à reparata ſalute §. 352. ibi = *per averla veduta di lì a pochi giorni libera, guarita, e ſenza trovarli nel polſo minima alterazione &c.* quià licèt dictus Leonardi eſſet Medicus primarius Monaſterii, & qui per decem annos curaverat Infirmam, nihilominùs in illo intervallo ægritudinis, eam non curaverat, ubi cæteri Teſtes vel adfuerunt, vel ſequenti manè ipſam viſitarunt; & impoſſibile non eſt quod ex aliqua ex Muliebribus chryſibus, quibus per menſtruas reſolutiones ſexus fæmineus ſubjacet, aut colorem fortè mutaverit, aut viribus etiàm paululùm decreverit, & quod in his temporis circumſtantiis fuerit à Medico Leonardi viſitata; in quo rerum themate, quid ſecutæ miraculoſæ ſanationi poſſit rationabiliter obſtare, facilè non percipitur.

Et prætermiſſa tandèm minimè contemnenda doctrina, quod videlicet ad rationem miraculi ſatis ſit, quod in inſtanti ſublata ſit atrocitas morbi, quamvis nonnullæ reliquiæ ejuſdem morbi remanſerint *Castelor de Can. Sanct. cap.17, num.17. Zacch. quæſt. Medicol. lib. 4. tit.1. quæſt.3. num.9.* undè modica virium debilitas non eſſet habenda in conſideratione; & quantum ad id, quod attinet ad vultus pallorem jamdudum docuit *Auguſtin. de Civit. Dei cap. 10., quod pallor, nec morbus quidem, ſed color eſt*. Fuit hoc idem animadverſum, & ponderatum in ſæpedicta cauſa Montis Politiani in propoſito ſanationis Sor. Catherinę de Bonis, quâ animadverſione minimè obſtante, prædicta ſanatio fuit ut miraculoſa à S. V. approbata.

Sextò etiàm animadvertit Reverendiſſimus Fidei Promotor §. *Sexta conſiſtit*; quod Sanata paulò poſt ſanationem in eumdem Morbum inciderit; quod ſi verum eſſet, vel tolleretur, ut ipſe concludit, ratio miraculi ab ejus ſanatione, vel hæc, ut prodigioſa non poſſet approbari ab Eccleſia, utque aſſumptum oſtendat, adducit in patrocinium dicta nonnullorum Teſtium nempè tertii *Summ.* §. 136. ibi = *Da quel tempo in quà non hà patito mai di queſti accidenti; e ſolamente ha avuto un poco di fluſſione ne' denti, e qualche debolezza di ſtomaco*, & IV. Teſtis *Summ.* 169. ibi = *Da quel tempo in quà &c. ſolo hà patito un poco di fluſſione di denti, & infreddatura, nella quale gli hanno trovato due, ò trè volte in circa il polſo con febre accidentale, che al più è durata un giorno, & hà patito certe debolezze di ſtomaco, ſenza alterazione febrile*.

Sed quià hæ duæ Teſtes aſſumpti oppoſitum concludunt, ut conſideranti conſtat, & ipſemet Reverendiſſimus Fidei Promotor cognovit, qui propterea eas, ut imperitas inſimulat; ideò producit etiàm dicta duorum Medicorum Fabretti nimirùm, & Leonardi, illius quidem §. 327. ibi = *è ſtata ſempre ben fuori, che due meſi ſono in circa ebbe un' inquetudine di ſtomaco, che poteva anch'eſſo provenire dall'utero, ſenza febre però alcuna, e con due emiſſioni, per quanto li pare, di ſangue, ſe ne liberò, e ſaperlo per averla medicata &c.* Iſtius autem *Summ. additionali* §. 2. ibi = *non hà avuto altro male in queſt' anno, che qualche debolezza di ſtomaco, la quale, benche poteſſe temerſi, che foſſe qualche coſa d'iſterico,*

non

non hà però mai patito un minimo accidente.

Hæc tamen animadverſio, utpotè, quæ fundatur reverſioni morbi, faciliùs cæteris, ut ſperamus, ceſſabit. Quantum enìm ad id quod deponunt duæ Teſtes Moniales, nemo non videt, illas potiùs probare oppoſitum ejus, quod exadverſo prætenditur; ajunt enìm Sanatam, à die Sanationis numquam reincidiſſe in eoſdem morbos, à quibus fuit miraculosè Sanata, ſed ſolùm paſſam fuiſſe aliquam fluxionem in dentibus, reuma, & ſtomachi debilitatem, quæ quidem nihil commune habent cum antiquis, & inveteratis Morbis, ut ex ſe patet. Tota igitur difficultas, ſi quæ eſt, reducitur ad dicta duorum Medicorum, videlicèt Fabretti, qui erat Medicus ſubſtitutus Monaſterii & qui per ſex annos Infirmam curaverat, & Leonardi, qui, cum eſſet Medicus primarius ejuſdem Monaſterii per decem annos dictæ curationi vacavit. Videamus ergò eorum dicta, quid obſtent, noſtræ Miraculoſæ Sanationi.

Inquit *Fabretti loc. ſup. cit.* ibi = *eſſer vero, che la M. Suor Felice Fortunata Sardi da quel tempo in quà non hà patito più de' ſopradetti ſuoi mali, & è ſtata ſempre bene, fuori, che due meſi ſono in circa, ebbe un' inquietudine di Stomaco, che poteva anch'eſſa provenire dall'utero, ſenza febre però alcuna, e con due emiſſioni, per quanto li pare di ſangue, in meno di quindeci giorni, ſe nè liberò &c. diſſe dover' anche aggiungere, che uſando detta Suor Felice Fortunata degli Aromati per preſervarſi, potevano eſſere ancor queſti ſtati con cauſa, che con il loro calore li ſi riſvegliaſſe quell' inquietitudine di Stomaco &c.*

Inquit etiam Leonardi *Summ. additionali dicto* §. 2. ibi = *Non hà avuto altro male in queſt' anno, che qualche debolezza di Stomaco, la quale benche poteſſe temerſi, che foſſe qualche coſa d'iſterico, non hà però mai patito un minimo accidente, ne avuto Moto di convulſione; ne febre; ed io dubito, che poſſa eſſer ſucceduto, per eſſerſi cavato una volta ſangue ſenza mio ordine, ed un' altra volta ancora con mia permiſſione, per quietarla, come quella, ch' era ſolita farſelo cavare quaſi ogni otto giorni; ma gli hà fatto più toſto danno, e l'hà coſtretta à ſtare qualche giorno in Letto.*

Uterque igitur Medicus conſtans, & perpetuus eſt in aſſerendo Sanatam poſt receptam ſalutem, numquàm eoſdem Morbos paſſam fuiſſe, & accidentales illos inſultus de facto proveniſſe à radice ejuſdem Morbi non aſſerunt, imò potiùs negant, ut legenti apparet. Et quidem meritò; Nàm Morbi, quibus Sanata noſtra à quindecim, & ultra Annis affligebatur, erant Febris continua, accidentia convulſiva, attractiones nervorum, vomitus Sanguinis; Capitis dolores acutiſſimi, & frequentiſſimæ Cordis ſuffocationes; imò aliquandò etiàm Ventris tumefactio. Hujuſmodi autèm Morbos paſſa non fuit Sanata à die Sanationis, cumque ante ipſam, nec per hebdomadam integram, aut ad ſummum per integrum menſem à paroxiſmis libera eſſet, numquàm verò à febri, quæ continuò illam per dictum ſpatium quindecim Annorum, & ultra vexavit; & ex oppoſito ſtatim poſt applicationem Reliquiæ omninò ſana remanſerit, dicendum profectò eſt, quod eæ indiſpoſitiones, quæ ſupervenerunt Sanatæ, recidivæ non fuerint, quià ut Morbus dicatur recidiva debet eſſe, vèl ejuſdem omninò ſpeciei, vèl ab eadem radice prodire; ut oſtendet D. Aſſaltus in ſua reſponſione pro hoc primo Miraculo.

Nec fiat vis in eo, quod uterque Medicus aſſeruit, quod nimirum iſtæ pra-

pravę affectiones; poterant eſſe effectus hiſterici, & provenire ab utero; Tùm quià Medici aſſeruerunt hoc potiùs, non excludendo, quod aliàs illę indiſpoſitiones, in ſubjecto Ægræ male habituato potuiſſent provenire ab inſultibus uteri, quàm hoc affirmando. Neque in hoc caſu, in quo conſtat ex toto Summario de perfecta Infirmæ ſanatione locum habere poteſt ſuſpicio reverſionis Morbi.

Præſertim quià, ut ex ſupradictis, & ex recenſitis depoſitionibus conſtàt, noſtra Sanata cauſam dedit ejuſmodi novis indiſpoſitionibus, quibus poſt Sanationem infirmata eſt; tùm utendo Aromatibus, quę cum calidiſſimæ naturæ ſint, dubiò procùl potuerunt reaccendere calorem febrilem, & uterum ipſum iterum provocare, ut benè obſervavit Medicus Fabretti *loc. mox allegato*, ibi = *uſando detta Suor Felice Fortunata degli Aromati per preſervarſi, potevano eſſer ſtati con cauſa, che con il loro calore li ſi riſvegliaſſe quell'inquietitudine di Stomaco*. Tùm etiàm practicando contra Medici primarii intentionem, & judicium, Sanguinis emiſſionem, & ulteriùs eàm iterando ex conſenſu quidem ejuſdem, ſed ex conſenſu magis extorto, quàm obtento, ut ipſemet Medicus Leonardi proteſtatur, ibi = *ed io dubito, che poſſa eſſer ſucceduto per eſſerſi cavata una volta ancora con mia permiſſione per quietarla &c. ma gli hà fatto più toſto danno &c.* Quando enim conſtat de poſitione novæ cauſæ efficaciam habentis ad productionem alicujus effectus, fruſtrà, & inutilitèr recurritur ad cauſas antiquas, & de quarum præſertim remotione jàm conſtat, ut in caſu preſenti.

Et roboratur diſcurſus hic ex eo, quod poſt ſanationem illata fuit Sanatæ nova cauſa, quæ apta erat ad iterandas Convulſiones, & omnes præcedentes Morbos producere, ſi ſemel infecta radix permanſiſſet. Inquit enim VIII. Teſtis Confeſſarius ejuſdem Sanatę §. 284. ibi = *eſſer vero, che da quel tempo in quà non hà mai più patito di detti ſuoi Mali, nè hà mai più avuta febre, e come ſi dice in detto Articolo, e poter'aggiungere in Cauſa di ſcienza, che avendo avuto detta Monaca un travaglio grandiſſimo, che negl'Anni antecedenti gli avrebbe fatto riſvegliare l'affezzioni iſteriche, non ebbe travaglio alcuno di Corpo, nè alcun riſvegliamento de' ſuoi mali, il che notò Ella, le Monache, e lui medemo Teſtimonio &c.* Patet autèm, quod Confeſſario omnis adhibenda eſt fides, cum verſetur in re, quæ animi paſſiones concernit, quas ſolent Sacræ Virgines confidere Confeſſariis, & quod ejuſmodi animi paſſiones aptæ ſint excitare hiſtericas affectiones, dixerunt. *Sennert. Pract. lib. 4. par. 4 ſect. 2. cap. 4. pag. mihi 687. col. 2. Etmuller. col. leg. Pract. lib. 4. ſect. 3. cap. 3. pag. mihi 835.* Si igitur maxima animi amaritudo non excitavit paſſiones hiſtericas Sanatæ, ſignum evidens eſt, quod earum radix fuerat in Sanatione inſtantanea miraculosè amputata.

Nec certè ſunt contemnenda hæc in re dicta uniformia duodecim Teſtium, quorum novem fuerunt de viſu, & deponunt de certa ſcientia, ſuntque in dicto conſtantes, & conformes, quod videlicèt poſt ſanationem Soror Felix Fortunata in eoſdem Morbos nec recidit; à quibus fuerat liberata; Si enim indiſpoſitiones, quæ ſupervenerunt nec à prædictis Teſtibus, nec à Medicis ſunt habitæ, ut effectus hiſterici, ſignum eſt; quod de facto tales non fuerint; meliùs enim potuerunt judicare de quidditate novi morbi, qui Morborum præcedentium viderant qualitates, & circumſtantias, quam alii quicumque, qui prædictas qualitates numquàm viderunt, ad tradita per

Innoc. in cap. cum cauſa 73. de Teſtibus Bald. in l. ſolam n. 1. verſ. Innocentius autem ubi etiàm Salicet n. 3. verſ. ſed Innocentius Farinac. d. Teſtibus quaſt. 70. cap. 3. n. 128.

Deniquè eſt obſervandum, quod inter Morbos, quibus Sanata per quindecim Annos, & ultrà fuit oppreſſa, æquè principalis fuit febris qua numquàm caruit *Summ.* §. 2. 21. 33. 36. 69. 70. 77. 98. 103. 118. 140. 142. 178. 206. 209. 239. 248. 257. 278. & 293. = Secundus Medicus §. 313. = Primus Medicus §. 334. 365. 368., & 378. = Tertius Medicus §. 392. 398., & ſemper fuit inventa à Medicis cum pulſu febricitante, Cumque poſt Sanationem non laboraverit ampliùs febri habituali, & continua, quæ ad contactum Sac. Reliquiæ Beatæ Julianæ ſtatìm diſparuit, ut probatur in noſtra Informatione §. & *primo* dicendum omninò eſt, Sanatam numquàm recidiſſe in eos Morbos, à quibus fuit undequaque perfecta.

Quod ſi relapſus in febrim accidentalem poſt Sanationem à febri continua, & habituali, tolleret ab hac qualitatem miraculoſam, jàm ferè nulla ſanatio à febri etiam continua, imò & maligna poſſet ut miraculoſa decantari; quandoquidèm nullus ferè eſt, qui toto anni tempore aliquam febrem accidentalem non patiatur; vèl dicendum eſſet quod poſt ſanationem aliquam ſupernaturaliter ſecutam, non poſſet ità Sanatus in febrim ulterius incidere, quod dici non poteſt. Ceſſatque demùm omnis excogitabilis difficultas ex nova depoſitione Sanatæ, quæ de ſe ipſa teſtatur in currenti anno 1726. ad nutum S. V., hujuſque Sac. Congregationis, formale examen ſubitura, quod à die Sanationis uſque nunc, numquàm ampliùs experta eſt antiquos inſultus *Summ. additionali* §. 3. quod certè non eſſet, ſi Radix antiquorum Morborum non fuiſſet jamdudùm extirpata.

Et hinc vindicata videtur ab omnibus oppoſitionibus Sanatio Sororis Felicis Fortunatæ de Sardis, abſquè eo, quod pro ulteriori ejus probatione neceſſe ſit recurrere ad apparitionem Beatæ Julianæ, de qua Summ. hujus primi Miraculi §. 16., & 274. & *ſeqq.*, quæ aliàs pondus certitudinis minimè ordinarium addit rationibus à nobis hactenùs ſupra perpenſis. At quià ex una parte Reverendiſſimus Fidei Promotor eam conatur infringere, & ex alia parte ea ſemel admiſſa, redditur undequaque innegabilis qualitas prodigioſa hujus ſanationis, operæ pretium exiſtimamus, hanc quoque apparitionem ab objectorum nebulis vindicare.

Tria itàque contra dictam apparitionem urgere inquit Reverendiſſimus Fidei Promotor §. *Abſque eo quod*, & *ſeqq.*; & primo quidèm, quod Perſona, cui facta eſt hæc apparitio fuit fæmina, quæ ob qualitatem ſexus illuſa reputari ſolet. Secundo quod Sanata, cui facta eſt apparitio, repugnantiam habuit eam manifeſtandi ſuo Confeſſario, præſertìm quià Beata Juliana id ipſum ei juſſerat; & tertio quia eadem Monialis Sanata, cui facta fuit apparitio, de illius veritate admodùm dubitavit.

Nulla tamen ex his reflexionibus ſuadet, quod apparitio Beatæ Julianæ illuſio credatur, & nuncupetur. Et ſanè incipiendo à prima; ea nimis debilis eſt, ut ex ea aſſumptum probetur; quandoquidem tot Sanctæ Virgines, & Viduæ, quę in religioſa paleſtra pro Chriſto militarunt, & quę faſtis Sanctarum hactenùs fuerunt adſcriptę, frequentibus, ſeù Chriſti Dei, ſeù Beatę Virginis ejus Matris, ſeù demùm aliorum Sanctorum apparitionibus dignatę ſunt, abſquè eo,

quod

quod ſexus qualitas illuſionis preſumptionem ingereret, aùt apparitionum veritati præjudicaret. Verùm quidem eſt, quod Soror Fælix Fortunata de Sardis non erat albo Sanctarnm adſcripta, quantùm tamen licet colligere ex proceſſu, erat Virgo ſatis devota, ut ejus Confeſſarius, cui in hac materia plurimum deferri debet, teſtatus eſt *ſub* §. 277. ibi = *l'hò per Monaca timida, e di coſcienza delicata*, = & de qua proindè non ità facilè ſuſpicari fas eſt, illuſam fuiſſe, cum vitæ probitas, & integritas fulcimentum præbeat ad fidem præſtandam relationibus illius.

Et ſanè *P. Gravin. in tract. de Viſion. par. 2. lib. cap. 1.* rectè docet cautè quidèm procedendum eſſe cum Mulieribus ratione ſexus in approbandis apparitionibus, ſed non propterea in oppoſitum extremum facilè dilabi debere, ibi = *Verùm aliud extremum eſt cavendum, ne propterea largam Dei benedictionem reſtringamus, omnes Mulieres illuſas, exiſtimando; Nàm hoc etiàm ad quamdam incredulitatem pertinere videtur &c. Quarè recta via eſt, & Regia, ut nec paſſim mulieres illuminatas, nec illuſas dicamus, ſed diligentèr omnia ponderemus &c.* ſcilicèt qualis fuerit Sanata, & an videlicèt capax ſubjacendi illuſionibus, qua in re ſtare maximè debemus judicio Confeſſarii, qui eam noverat, ejuſque indolem, & ingenium ad menſuram ſuæ cognitionis expreſſit *Summ.* §. 277. ibi = *l'hò per Monaca timida, e di coſcienza delicata; Mà non lo credo facile da poter eſſer'illuſa da vane apparenze &c.* Præſumptio igitur illuſionis, quam in qualitate ſexus fundaverat Reverendiſſimus Fidei Promotor, ſtatìm evacuata remanet ex conditione Perſonæ, cum cæteroquin prætendi minimè poſſit, quod à regula alias generali aliqua peculiaris fæmina decipi non valeat.

Maximè quià nonnulla Signa à Myſticis Patribus recenſentur, per quæ, diſcerni commodè poſſunt veræ à falſis appatitionibus. Primo enim advertendum eſt, an Spiritus apparens, & quocumque modo fiat præſens, vèl ſub corporali nimirum ſpecie, vèl imaginariè, vèl intellectualitèr, an inquam ab initio concutiat animam illam, cui fit apparitio; quià [ultra regulam univerſalem, ſecundnm quam Spiritus inferior ſemper pavere ſolet ad præſentiam, ſeù adventum Spiritus Superioris, ut olìm docuit *Divus Ambroſius in Cap. 1. Luc.* ibi = *perturbamur, & à noſtro alienamur affectu, quando perſtringimur alicujus Superioris Poteſtatis occurſu*] concorditèr SS. Patres ad declarandam differentiam veræ à falſa apparitione, multum ponderant, quod ab initio apparirionis incutiatur timor, & poſtea gaudium introducatur, & conſolatio *Divus Atanaſ. in Vit. S. Anton.* ibi = *ſi poſt timorem ſuccedit gaudium, è Domino eſt viſio; Securitas enìm animæ præſentia Majeſtatis indicium eſt. Si verò incuſſa formido permanſit, hoſtis eſt, qui videtur. Cornel. à lapid. ibid. ſup. illud ne timeas Zaccaria* ibi = *Hinc indicium boni Angeli eſt, ſi primò terreat, deindè exhilaret. Juſtinian. in Tob. cap. 12. verſ. 19.* ibi = *Hoc enìm peculiare eſt bonis Angelis, ut quandò apparent hominibus initio quidem incutiant timorem, deindè verò conſolationem, & animi tranquillitatem relinquant:* & quià Animæ rationales pro ſtatu ſeparationis habent modum eſſendi Angelorum, quamvìs formæ animo completæ non ſint *Divus Thom. quæſt. un. de anim. ar. 17.*, *ideò quod de Angelis dictum eſt, jure meritò de Animabus Beatis venit intelligendum.*

Secundò attendendum eſt ad effectnm, an videlicèt apparitio produxerit effectum in ordine morali perfectum, ſeu ordinatum ad ſpiritualem

 pro-

profectum. Tertiò ſi quid in appàritione manifeſtetur, quod ſit contrarium orthodoxæ fidei, aut Doctrinæ S. Matris Eccleſiæ. Quartò, ſi forma, & figura, ſub quibus apparitio fit, non ſit indecora, aut indecens pro anima exiſtente in termino, aùt propè terminum. Quintò, ſi actio, & operatio bonæ ſint, moduſque actionis honeſtus. Si quæ tandem dicuntur, non curioſitatem præſeferant, non ſuperbiam, nec levitatem. *Petrus Tiraus lib. 1. de apparit. Spirit. Cap. 17.*, *& 18. P. Gravin. in d. tract. de viſion. ubi ſup.*

Hæc autem ſigna veræ, ac bonæ apparitionis, in apparitione B. Julianæ facta noſtræ Sanatę apprimè verificantur. Timuit enim quotieſcumque Beata ei apparuit ſub forma viſibili *Summ.* § 51. ubi ſanata, quæ paſſa fuit apparitionem ad opportunum Interrogatorium reſpondens, inquit, ibi = *Sul primo temei, poi mentre la vedevo, ſtavo con timore, & allegrezza, non avrei voluto, che ſe ne andaſſe mai, poi rimaſi con tant'allegrezza, che mi durò de' giorni* = *& ſub* §. 66. ibi = *Sul primo ebbi timore preſi dell' acqua benedetta, e ſpruzzandola per la camera, la ſpruzzai anche alla Beata, dubitando, che non foſſe il Demonio; ma poi me ne pentij, perche paſſatomi il timore, provai un gran godimento interno* = rursùs ſub §. 67. ibi = *Sul primo temevo, e combattevo internamente, ſe poteva eſſere il Demonio; ma poi ſentij una gran franchezza, e conſolazione &c.* & idem aſſerit Confeſſarius de auditu ab eadem Sanata §. 275. *& ſub* §. 286.

Pro ſecundo ſigno obſervandum eſt, quod B. Juliana per tres vices comparuit Sanatę, primò in eadem nocte ſecutę ſanationis, ſecundò in vigilia viſitationis B. M. V. & tertiò in octava Epiphanię, & ſingulis his apparitionibus correſponderunt effectus in ordine morali perfecti. In prima apparitione tribuit Sanatę movita ſalutis, videlicèt, ut intactam puritatem virginalem Deo ſervaret. Et quod per ſeptem ferias, ſextas ſequentes ſe communicaret in memoriam Dominicę Paſſionis, *Summ. primi miraculi* §. 50. & ex dicto Confeſſarii §. 274. In ſecunda animavit Sanatam, ut libentèr pro Chriſto ariditates ſpiritus toleraret; Imò paſſiones alias ab eodem peteret §. *66.* & ex dicto Confeſſarii §. 275. In tertia demùm liberavit eamdem Sanatam à ſcrupulis, quibus angebatur in recitatione Divini Officii §. 67. & ex dicto Confeſſarii §. 277.

Contingerunt inſupèr hę apparitiones vigilante Sanata; apparitiones autem, quæ fiunt in vigilia, veriores ſunt, *Fr. Anton. à Spirit. Sanct. director myſtic. tract. 3. Diſp. 5. Sect. 2. num. 331.* Inquit enim Sanata §. 19. *&* 51. ibi = *Ero ſvegliata come ſono ora, e vi erano in camera tre lumi, due ſu l'inginocchiatore avanti la Reliquia, ch'era accanto al mio letto, l'altro era in una parte della camera &c.* Et idem aſſervit Confeſſarius §. *276.* Forma, & figura, ſub quibus factę ſunt ſæpedictę apparitiones, erant undequaque decentiſſimę; ſemper enim vidit Beatam ingenti luce circumfuſam à pectore ad caput, habituque religioſo coopertam §. *16. 65. & 67. 274. & 277.* Immò [quod eſt notabilius] Sanata noſtra vidit Beatam in eo habitu, in quo incedunt Tertiarię Servorum Beatę Marię, quarum ipſa fuit Inſtitutrix; etiamsì Sanata numquàm viderit talem habitum, ut ingenue faſſa fuit §. 18.

Nihil etiam fuit in prędicta, & ſequentibus apparitionibus revelatum, quod orthodoxę fidei, vel per umbram contradiceret, ut conſtat ex relatione tùm Sanatę, tùm Confeſſarii §. 16. *& ſeqq.* & §. 50. *& ſeqq.*

Et demùm, actiones, operationes, omniſque modus earum honeſtiſſima fuerunt, ut ex lectura depoſitionum prędictarum apparet. Addito quod exactum hâc dę re inter Sanatam, & Confeſſarium ſervatum fuit ſecretum, quod reputatur ſignum bonę apparitionis *à P. Joanne à Jeſu Maria Ord, Carm. diſcalc. in Schol. oration. tract. de viſion. num.* 12. Non igitur eſt ratio, quare ſcrupulizare ampliùs debeamus ſuper eadem apparitione,

Neque moveri debemus ex duabus reliquis reflexionibus Rmi Fidei Promotoris; & primò, quod Sanata repugnantiam habuerit manifeſtandi prędictam apparitionem P. Confeſſario; quià licèt hoc verum ſit; hęc tamen repugnantia fuit diſcreta, & non contumax; effectus quidem modeſtiæ, humilitatis, & non inobedientiæ; Prudentiæ quoque ſignum ſupernaturalis; Secretum enim regis abſcondere bonum eſt *Tob.* 12. & ſtatim ac à Confeſſario fuit juſſa, omne ſecretum aperuit *Summ.* §. 277., quod ſatis eſt, ut de ea verificetur examen *Card. Bon. de diſcret. Spirit. cap.* 20. *num.* 3., & totum hoc narrat ipſe Confeſſarius §. 274. ibi = *Devo dire, come due giorni in circa venuta da me detta Suor Felice Fortunata Sardi, ch' era rimaſta guarita per l'interceſſione della B. Giuliana, aveva una ſomma ripugnanza in narrarmi una coſa, e detta ripugnanza procedeva dalla ſolita ſua verecondia in manifeſtare il ſuo interno, particolarmente in coſe grazioſe, io l'obligai a narrarla &c.* = Neque hoc mirum videri debet Rmo Promotori; tum quia plures bonę, ac devotę Virgines magis erubeſcunt in manifeſtatione gratiarum Dei (quibus abundare ſolet fœmineus ſexus) quàm in ſincera aperitione culparum, & in propoſito ità de ſe ingenue ſcripſit *S. Thereſia in vita à ſe exarata cap.* 37. *& impreſſ. Ital. cap.* 33. *in princip.* = *Mal volentieri mi metto a dire più favori, e grazie fattemi dal Signore delle già raccontate; anzi mi pajon troppo, perche ſi creda averle fatte a Perſona tanto immeritevole, e miſerabile; ma per obbedire al Signore, che me l'hà comandato, ed alle RR. VV. dirò alcune coſe per gloria ſua* = Meliùs ad hùc *cap.* 38. *impreſſ. tamen Ital.* 34. *propr. princip.* ibi = *Temei non foſſe qualche illuſione, ſeben non mi pareva: non ſapevo, che farmi, perche mi vergognavo molto di andare al Confeſſore con queſto, e non per umiltà a mio parere; ma perche dubitavo ſi ſarebbe burlato di me, e detto* = *ecco quì un nuovo S. Paolo, o un nuovo S. Girolamo in vedere coſe del Cielo* = *& cap.* 26. ibi = *Conſigliommi una volta un Confeſſore, dal quale ne' principj mi confeſſavo, ch' eſſendoſi già provato, e chiarito, ch'era ſpirito buono, io taceſſi, e non conferiſſi più con alcuno, atteſo che pareva ormai meglio tacere queſte coſe. Non parve a me coſa cattiva, perocchè ſentivo tanta repugnanza, e diſpiacere ogni volta, che avevo a dire al Confeſſore, ch' era sì grande la mia vergogna, che alcune volte più la ſentivo in queſto, che non la avrei forſi ſentita in confeſſare peccati gravi, maſſime ſe le grazie, e favori erano grandi, parendomi, che non mi averebbono creduto, e ſi ſarebbono burlati di me &c.* = Nihil ergo mirum ſi Sor. Fœlix Fortunata de Sardis, aliquam diſcretam repugnantiam paſſa fuit in manifeſtando ſuo Confeſſario apparitionem prędictam B. Julianæ.

Minuſque movere nos debet altera, imò tertia reflexio, videlicet, quod eadem ipſa Monialis, cui factę fuerunt apparitiones, de illuſionibus dubitaverit. Hoc enim, & ipſi ingenue fatemur, cum prędicta Sor. Fœlix Fortunata admodùm ſcrupuloſa fuerit, & ob dubietates, ac timores apprime ſollicita, ut ſupra oſtenſum eſt à §. *Quarè*

au-

autem , *& ſeqq*. Hoc eſt autem ingenium divinarum impreſſionum ,
quod dùm aduc fiunt tantam relinquunt in anima certitudinem , ac
ſecuritatem , ut ne quidem per poſſibile de earum realitate valeant ,
& ſi voluerint , dubitare , iis tamen tranſactis , vel ad exercitium pa-
tientię , vel ad humilitatis cautelam , timores ſolent inter dùm ri-
gidiùs obruere , & de illis impreſſionibus [quę dùm actu fiebant ,
ſecurè credebantur] tractu deinde temporis ſcrupuli , dubietates , &
timores , haud ſemel excitentur , ut contigebat S. *Thereſia* , *qua de*
facto proprio ait in relatione propria Vitæ cap. 25. *impreſſ. Ital.* ibi = *Oc-*
corſemi particolarmente una volta che ſi erano congregate inſieme molte
Perſone , alle quali devo io gran credito &c. temendo non foſſi io ingan-
nata , ed io pure avevo grandiſſimo timore , quando non iſtavo all' ora-
zione , che ſtando in eſſa , e facendomi il Signore qualche favore , ſubito mi
aſſicurava &c. = & proſequitur toto dicto *cap*. 25. *& cap*. 28. ibi = *Pa-*
rimente ſubito paſſata la viſione , mi accadeva dubitare , ſe a ſorte aveva
traveduto , e mi affliggevo d'averlo detto al Confeſſore , penſando , che
per avventura l'avevo ingannato . Quì era l'altro pianto , andavo da
lui , e glielo dicevo &c. = Et ecce quomodo ipſa Sanata de ſe prote-
ſtatur narraſſe P. Confeſſorio apparitionem prædictam ibi = *Con oc-*
caſione , che un meſe fa ſcrupuleggiando ſopra l'averli narrato queſto fatto
per il timore di non eſſere ſtata ingannata , ed aver potuto ingannare
ancor lui &c.

Si igitur in viridi hoc factum eſt , nimirùm in Sancta Virgine Thereſia ,
quæ ob diuturnam divinorum chariſmatum experientiam , velutì im-
poſſibile videbatur , poſſe de illis dubitare . Quid in arido factum eſſe
cenſemus , in Virgine nimirum , quæ nec merito , nec divinis favori-
bus parificari poteſt S. Thereſiæ ? Attenta igitur natura rei , attenta
conditione Perſonæ , attentaque demùm circumſtantiarum ſerie ,
jàm non videtur ampliùs ambigendum de realitate trium apparitio-
num , de quibus *in Summ*. §. 17. 51. *66. 67.* , *&* 274. *& ſeqq.*

Realitate autem apparitionis firmata , jàm habemus aliud forte admini-
miniculum , ad oſtendendum Sanationem Sor. Fælicis Fortunatæ
de Sardis fuiſſe miraculoſam . Beata enìm apparens ei gratulata eſt
de illa , & ab ipſa gratiarum actiones ſuſcepit ; & ſe ipſam apud
Deum interceſſiſſe aſſeruit §. 50. ibi = *Io ſon quella , che jeri ſera ti li-*
berai da quel travaglio &c.

Quare &c.

PETRI ASSALTI

RESPONSIONES

Ad Animadverſiones Reverendiſſimi Fidei Promotoris.

Beatiſſime Pater.

QUAMVIS Miracula, quibus Beata Juliana in ægrotis ſanandis illuſtratur, in tanta argumentorum luce verſentur, ut proprio nitore diſiecta omni objectorum caligine ſe manifeſtent; nihilominus Rm̃us Fidei Promotor, qua excellit ingenii acie, eorum arbitror more, qui in utramque partem appoſite copioſeque diſceptant, officium ſecutus, nonnulla excogitavit, quæ eorumdem ſplendori tenebras quodammodo offundere videantur.

Ipſius itaque argumenta ordine diluam, ea nimirum, quæ ad rem medicam, & Phyſicam pertinent, cætera, quæ ex Canonum, & Theologiæ ſcientia repetuntur cauſæ Patrono relinquens.

RESPONSIO

Ad Animadverſiones ſuper Primo Miraculo:

OMiſſis iis, quæ adverſus teſtium probationes afferuntur à Rm̃o Promotore, venio ad medicas, ac phyſicas rationes. Primo autem contendit Sanctimonialem de Sardis poſt B. Julianæ invocationem haud integra fuiſſe valetudine, quod ex eo infert, quod remediis poſtmodum uſa fuerit prophylacticis, ad ſanitatem conſervandam, ac tuendam: Quod quidem argumentum quanti ſit momenti expendam, & facile adhuc modum refellam.

Adhibuit medicamenta ad prophylaxin: non nego: At enim non adhibuiſſet, ſi perfecte convaluiſſet; id quidem ſequi non videtur. At inſtat, cur igitur adhibuit? Compluribus de cauſis id contingere potuiſſe reſpondeo. Etenim ex gravi morbo recreata Sanctimonialis antedicta, timuit ne de integro in illum incideret; etiamſi nulla eſſet metuendi ratio morbo penitus ſublato, timuit tamen, eorum more, qui magnis periculis perfuncti cautiores impoſterum redduntur, nec ſe unquam ſatis tutos exiſtimant. Non igitur divina vi ſe liberatam judicavit Mater de Sardis, cum ad naturalia decurrerit remedia, nec mali vehementiam penitus fuiſſe expugnatam. Poſſem quidem id negare, cum contrarium liquido conſtet ex teſtimoniis allatis in diſſertatione, ac præſertim ipſius ægrotæ, quæ diſertiſſimis verbis ſe per miraculum convaluiſſe affirmat; ſed placet liberaliorem eſſe in concedendo. Ultro igitur do Sanctimonialem prædictam de miraculo potuiſſe dubitare: at non propterea miraculum infirmatur: hoc enim non ex hominum opinione, ſed ex veri-

tate æſtimandum. Ea porro eſt humani judicii infirmitas, ut nihil ſit mobilius, atque inſtabilius, & qui ſapientiores numerantur de facili ſententiam mutent, præſertim vehementioribus animi motibus agitati, quibus mens de ſua ſede facile dejicitur. Petrus à Chriſto arceſſitus, ex navi inſilit in mare, undas calcat divina fiducia fretus, periculum contemnit; ſecurus ambulat per aquas. Sed vix oculos à Jeſu deflectit, vix mobiles fluctus reſpicit, dubius pavet, ac mergi incipit. Dubitat Apoſtolorum Princeps, Eccleſiæ fundamentum, firmamentum fidei, cui primum Deus vicariam poteſtatem commiſerat: dubitat certiſſimum, ac præſentiſſimum Dei auxilium expertus, dubitat de ſalute, cum ſalutem ipſam Jeſum aſpiceret. Timet mare coram eo penes quem ſummum eſt omnium rerum imperium. Quid propterea mirum, ſi muliercula, tot tantiſque morbi tempeſtatibus diu jactata, portum denique ſalutis divino numine adepta, adhuc naturæ ſe munit præſidiis? Dandum eſt hoc, ipſius imbecillitati, dandum vitæ ac ſanitatis vehementiſſimo, quo omnes tenemur deſiderio, dandum timori: ſed nihil miraculo detrahitur. Quemadmodum enim Divi Petri dubitatio, nihil dubii reliquit, quin maris undæ divina potentia ab hydroſtaticis legibus receſſerint. Sic noſtræ Sanctimonialis ſolicitudo, ac valetudinis ratio, non efficit, quin ipſa divinitus convaluerit.

Idque præſertim confirmatur, quod nulla morbi indicia, nec præſentis, nec futuri poſt Beatæ interceſſionem ſint obſervata: quemadmodum luculenter probatur ex teſtibus §. 57. 109. 123., quæ ſi affuiſſent, utique non reticuiſſet Medicus, aliique teſtes; quare curatio prophylactica procul dubio ad metum vanamque ſuſpicionem morbi graviſſimi, ac contumaciſſimi, ex quo evaſerat referenda eſſe videtur.

Immo tantum abeſt, ut ulla mali veſtigia apparuerint, ut potius bonæ valetudinis ſigna evidentia emiſſus ſanguis prodiderit, utpote qui temperatus, atque optimæ notæ à medicis ſit obſervatus: ex eodem teſtimonio, quod idem Rmus Promotor adduxit. 11. teſt. ex proceſ. fol. 146. *E ritornata in forze, e ſangue, che prima era come acqua, e adeſſo buono come hanno riconoſciuto li Medici in occaſione di fargliene cavare per preſervazione.*

Denique adhibita remedia ejuſmodi erant, ut corpus potius non ſatis validum, quoquo modo munire, quam ut ægrotum curare, & inſitam pene pravam conſtitutionem tollere valerent. Cujuſmodi ſunt ſanorum ciborum delectus, aromatum uſus, frigidioris cœli declinatio, quæ quidem vel ſaniſſimi homines, qui valetudinis ſolicitudine tenentur, paſſim ſolent uſurpare, ac propterea à Medicis, non tantum ad Therapeuticen, quæ curandorum morborum rationes docet, quantum ad hygyenem, quæ tuendæ valetudinis præcepta tradit, referuntur.

Sed velim ſapientiſſimi Judices in memoriam revocetis, quæ in mea diſſertatione dicta ſunt de morbi contumaciſſimi, atque inveterati gravitate, ac diligentius expendatis inſolitam rationem, qua Sanctimonialis de Sardis ex illo emerſit; inde enim certo cognoſcetis, ægrotã jam depoſitam ſine divino numine, eo modo quo ibi narratur, convaleſcere nequaquam potuiſſe, ac proinde ſtatuetis, artem medicam tam ineptam fuiſſe ad curandum quam vanam ad præcavendum.

Secundo ex verbis Medici Leonardi conatur oſtendere, morbum confeſtim non fuiſſe ſublatum, quod nimirum predictus Medicus non-

nihil

nihil caloris in facie, & modicam laſſitudinem deprehenderit; quæ quidem nullo modo miraculum evertunt. Ut enim alios teſtes omittam, conſideremus ipſius ægrotæ ex intimo ſenſu loquentis teſtimonium §. 8. 9. 10. *E poi il Padre Confeſſore me l'accoſtò alla teſta, & alla gola, e nel tempo ſteſſo parve che una mano mi fermaſſe il capo, che più fieramente di prima ſcuotendoſi ſi fermò con tutta la vita, nè ſentii più agitazione alcuna, e ſentendo un'allegrezza interna, che non la ſaprei dire &c. mi alzai ſul letto &c., e le prime parole, che diſſi furono ſon guarita, e volevo levarmi, e la Madre Abbadeſſa mi ordinò, che non mi levaſſi per eſſer tardi &c. e l'obedii; e la mattina mi levai ſana, & andai in Chieſa, nè vi tornai più ſtando nel Monaſtero come l'altre.* Quibus verbis nihil clarius nihil evidentius eſſe poteſt ad oſtendendum integram valetudinem illico, & ad punctum temporis recuperatam. Quid enim? momento ſæviſſima recedunt Symptomata. Quid intimus lætitiæ ſenſus? Quid ſubita ſurrectio, atque hilaris illa exclamatio *ſon guarita?* quid illico ſurgendi animus? quid quod mane ſanam ſe ſurrexiſſe ait? Quod quidem adeo locuples teſtimonium Medici dicto nequaquam convellitur. Etenim cum morbo graviſſimo, contumaci, ac diuturno fuerit liberata noſtra Sanctimonialis; modicus faciei calor, & laſſitudo præ illo pro nihilo reputanda ſunt. Primo enim minimæ affectiones reſiduæ in magnis morbis, Sanctorum invocatione ſublatis, non conſiderantur: cum enim conſtet malorum vehementiam vinci naturæ viribus non potuiſſe, illa ſtatim profligata imploratione cœleſtis auxilii, exiguæ morbi reliquiæ non impediunt, ne miraculo id ſit tribuendum; ut ſtatuunt, *Pignatell. conſult. Canon. tom. 4. conſ. 54. n. 4., & Cardinalis de Laurea de mirac. art. 20. 864. & 872. & ſeq.* Secundo affectiones memoratæ morbi dici abſolute nequeunt, utpote quæ præter morbum contingere poſſint. Potuit enim faciei calor excitari, vel ex motu, vel ex verecundia, vel ex ira, vel ex lætitia ſalutis obtentæ, vel ex calore externo, vel ex ingeſtis, aliiſque cauſis. Laſſitudo vero, quæ erat ejuſmodi, ut Matrem de Sardis à propriis muniis obeundis non retardaret, inter morbos non eſt recenſenda: Morbus enim à Galeno definitur, quod *ſit diatheſis, ſeu affectio præter naturam actiones lædens.*

Tertio denique morbum recruduiſſe colligit, quod Mater de Sardis laboraverit dentium catarrho, febri, ac ſtomachi imbecillitate, ac propterea eam non integre convaluiſſe affirmat. Verum facile oſtendam prædictas affectiones, nullam conjunctionem, aut affinitatem habuiſſe cum morbo, ex quo per invocationem B. Julianæ evaſit. Dentium enim catarrhum à cauſſa externa fuiſſe illatum aperte demonſtrat teſtis ab eodem Rmo Promotore inductus; qui ſic loquitur. *Da quel tempo in quà ſolo hò patito un poco di fluſſione di denti, & infreddatura, nella quale gli hon trovato due ò tre volte il polſo con la febre accidentale, che al più è durata un giorno.* Etenim vocabulum illud *infreddatura* lingua vernacula idem ſonat, ac catarrhus, ſeu affectio rheumatica ab externo frigore ortum habens; ex qua ſolent leves febres excitari: quare manifeſto liquet, tum deſtillationem, ſeu catarrhum, tum febre ejuſdem comitem referri non poſſe ad hyſtericam præfocationem; febrem enim ex catarrho fuiſſe excitatam, ſatis declarant verba illa, *& infreddatura, nella quale gli hon trovato due ò tre volte il polſo con febre &c.*

Sed quid reſpondemus ad duorum Medicorum judicium, ex quo Rmus Fidei Promotor urget, Sanctimonialem de Sardis in eumdem morbum

bum, quo antea laboraverat incidiſſe, affectionem nimirum hyſtericam; quod prædicti Medici ſtomachi imbecillitatem, utero tribuendam eſſe cenſuerint? Primo quidem eorumdem Medicorum verba diligenter expendenda eſſe exiſtimo, ac genuinum eorum ſenſum conſiderandum: Alter enim Fabrettus ſic inquit. *Ebbe un inquietudine di ſtomaco, che poteva anch'eſſa provenire dall'utero.* Alter Leonardus ſic loquitur. *Non hà avuto altro male in queſt'anno, che qualchè debolezza di ſtomaco, la quale benche poteſſe tenerſi, che foſſe qualchè coſa d'iſterico &c.* Quis enim non videt verba hæc *poteva provenire* = *benchè poteſſe tenerſi* = non certam, atque exploratam exprimere ſententiam, ſed maximam præſeferre dubitationem? Nihil enim eſt magis tritum, ac pervulgatum, quam ut ægrotantibus utcumque mulieribus, uterus culpetur: quamobrem Medici prædicti tum quod non ſatis otii haberent conſiderandi an ſtomachica affectio ad uterum pertineret; tum quod ad rem minime faceret, liberam fecerunt poteſtatem aliis judicandi; ita ut ſi placeret inter hyſtericos affectus recenſerent. Exiſtimarunt enim, licet ſtomachi infirmitas utero adſcriberetur, non propterea affirmari poſſe eumdem eſſe ac illum, quo Mater de Sardis fuerat liberata: quare Medicus Leonardus ſubjungit: *Non hà però mai patito un minimo accidente*: hoc enim nomine *accidente* præfocationem hyſtericam intelligit. Hic autem animadvertendum, ne ex homonymia error obrepat, affectionum hyſtericarum nomine apud Medicos accipi quæcumque ſymptomata, quæ ex uteri vitio gigni exiſtimantur, ſed præcipuè, & catexochen, ut dicunt præfocationem uterinam, de cujus natura ſatis dictum eſt in diſſertatione: Quamobrem licet eodem nomine appelletur ſtomachi infirmitas, diverſus tamen revera omnino morbus cenſeri debet à præfocatione hyſterica.

Sed ne vocabuli ſimilitudo, aut quæcumque mali affinitas miraculi perſpicuitatem turbare videatur, progredior longius, atque demonſtro, prædictum ſtomachi vitium, nec hyſtericum eſſe appellandum, neque ex utero, aut potius humorum cacochymia, qua præfocatio hyſterica excitabatur, ortum habuiſſe.

Niſi enim tam prava corporis diatheſis, tum humorum, cum partium ſolidarum, quæ tam frequentia, tamque ſæva, atque horrenda inferre ſolita erant ſymptomata, penitus fuiſſet emendata, non video, qui tandiu quieſcere potuerit, ut nullam inferret ægrotæ moleſtiam. Neque probabile videtur eamdem morbi cauſam, quæ tam multa, ac immania intulerat cruciamenta, denique tamquam poſtliminio reverſam, leviſſimam tantum affectionem excitaſſe. Si enim ſimiles cauſæ ſimiles gignere debent effectus; cum nihil ſimile in Sanctimoniali de Sardis obortum fuerit ſymptomatis, quibus affici ſolita erat, inficiari nemo poterit cauſſam ſtomachi infirmitatis diverſam fuiſſe à prædicta cacochymia: Cui enim perſuaſeris horribiles, atque univerſales convulſiones, acerbos capitis dolores, anxias ſtrangulationes, ac animæ occluſiones, ſenſuum internorum læſiones, atque omnium pene membrorum contumaciſſimos circiatus, diu conſopita denique in ſola ſtomachi levi imbecillitate reviximſe, atque una cum eadem brevi, ac levium remediorum uſu rurſus extincta fuiſſe? Quid vero febris, quæ aſſidue quindecim annorum ſpatio ægrotam divexavit, ac in primo vigore morbi, ſacrorum lipſanorum admotione confeſtim evanuit, idem ne morbus dicenda eſt, ac levis ſtomachi affectio, quæ longo poſt tempore invaſit?

REVISA.

Joannes Zuccherinus Subpromotor Fidei.

Florentina

CANONIZATIONIS

B. JULIANÆ

DE FALCONERIIS

V O T A

A L E X A N D R I   P A S C O L I

Praxis Medicæ in Archigymnaſio Romano Profeſſoris Primarii, Archiatrorum in Urbe Collegæ, & Prioris, Totiuſque Status Eccleſiaſtici Proto-Medici Generalis pro veritate ſcribentis.

Primum Miraculum

Inſtantaneæ ſanationis ab inveteratâ affectione hyſtericâ cum febre lentâ, aliiſque ſævis ſymptomatis.

Beatiſſime Pater.

REruin naturalium cauſæ, earum quidem, quæ uſui Nobis magis obviæ occurrunt, in adeo atrâ caligine verſari ſolent, ut eas attingere nequeat obtuſa nimis oculorum, item & humanæ Mentis acies. Id equidem ipſe, non modò in Medicinâ faciendâ, verumetiam in rebus univerſæ Philoſophiæ, imbecilles ingenii vires ab ineunte ætate maturè exercens, ſæpenumerò expertus ſum, atque in dies ſingulos experior. Ipſe, inquam, qui vel in puris naturalibus naturam quandoque inſolenter operari

adeo competii, ut vel phænomenûm, quæ ſenſibus ipſis identidem obverſantur, naturam, ſeriem, nexum, ac originem rationibus interdum, licèt probabilibus, vel leviter aſſequi nequiverim. Hoc idem & in morbis, qui nos quotidie, utpotequi in hac tantâ rerum vertigine, cæterarum vicibus ſimus obnoxii, tentare ſolent, quam ſæpiſſimè contigiſſe obſervavi. Siquidem tam occultis, tamque inſuetis non ſemel accedunt, receduntque, exaſperantur, ſolvunturque legibus, ut eas admirari potiùs, quàm introſpicere liceat; quod anſam fecit Hyppocrati, ut, *divinum quid in morbis ineſſe*, olim protulerit. (*a*) At non ideo, quod inſolenter aliquid in rerum naturâ, atque occultè peragatur, id propterea Miraculum habendum eſſe exiſtimavimus. Longè quippè diſtat ea res à Miraculo, quam, ejus quamvis nos lateant cauſæ naturales, naturaliter tamen fieri certum eſt, præterquam teneamus quomodo planè fiat; quæ admirabilis iccircò, ſivè mira dicenda tantùm mæretur, eò quòd admirationem moveat, quamvis ſupra vires naturæ minimè poſita ſit. Hæc porrò, utpotè vel inſuetè in rerum natura, vel admodùm obſcura, nos fugit quo pacto à conſuetis, atque patentibus naturæ viribus producatur. Hinc mirum profectò dicendum videtur *quicquid de novo naturaliter accidit, præterquam cauſæ naturales, ex quibus provenit, Nobis innoteſcant*. Miraculum autem apud D. Thomam (*b*) eſt *aliquid arduum, & inſolitum præter naturæ facultatem*.

(a) *Lib. prænot. num.* 1.

(b) *P. p. q.* 105. *art.* 7.

Cum itaque in causâ Canonizationis B. Julianæ de Falconeriis non ita pridem exaratas morborum hiſtorias, eorumque ſanationes, meam de iis inde pro veritate expoſiturus ſententiam, ſedulò perlegerem, multa quidem in ſingulis phyſicomedicâ lance expenſis adnotare licuit, quæ, cum de iis rationes congruas excogitare nequeamus, admirationem facere non injuria debuerint; non adeo tamen, ut omnes expoſitas ſanationes præter Naturæ Facultates peractas eſſe crediderim.

At enim verò Miraculi prorsùs expertem habendam fore nequaquam reor inſtantaneam ſanationem, quæ, in ordine prima, Miraculum repræſentat, quo, Divino favente Numine, ad Interceſſionem B. Julianæ jamdiu laborans Rev. Mater Soror Felix Fortunata de Sardis Sanctimonialis in Cœnobio S. Benedicti in Civitate Piſarum protinùs evaſit ab inveteratâ affectione hyſtericâ, una cùm febre lentâ continuâ ſævis ſtipata ſymptomatis.

Ut autem miraculosè hanc peractam fuiſſe ſanationem mihi ſuaſerim hæc primùm compulerunt: *Summus gradus inveterati morbi ſuaptè natura pervicaciſſimi: ejuſdemque inſtantanea abſoluta ſolutio; omni prorsùs illicò deleta præteriti morbi nota*.

Affectionem hyſtericam uteri vitio produci diù apud Medicos adeo invaluit opinio, ut eam inde *ſuffocationis uterinæ* nomine

ne quoque indigitaverint. At eſt in re accuratiùs affectiones haſce enaſci per Anatomen detexerunt Recentiores utero prorsùs inſonti. Ita ſe rem habere docuit Higmorus, Sylvius de Leboe, & præ cæteris Vvilliſius, qui pluries Cadaveribus Mulierum adapertis (c) hoc morbo interſectarum, nullum planè in Utero adeſſe vitium ſe reperiiſſe teſtatur. Itaque prout ſimilia præſeferant ſymptomata, affectio mulierum hyſterica, atque hypochondriaca Virorum, (ſimilibus autem ſtipari ſymptomatis, utriſque ſimul collatis, oſtendit Ettmullerus (d),) ita eaſdem cognoſcere cauſas productrices cum Authoribus melioris notæ, & ego exiſtimo. Quamobrem præfatos utroſque morbos tum in Fœminis, tum in Maribus obortos judico ſuccorum vitio digeſtionibus inſervientium, qui ventriculi, atque inteſtinorum membranas, nervoſoſque plexus mordicando afficiunt. Succi autem digeſtionis prædicti ob viſcerum, glandularumque ventris imi labem eo potiſſimùm in caſu vitiari debent. Id ita ſe habere fermè declarant ipſius morbi ſymptomata; quæ non uterum quidem, ſed oeſophagum, ſtomachum, æquè ac inteſtina imprimis affecta eſſe deſignant. Enim verò rugitus in paroxiſmo, borborigmi, nauſea, ructus, uomitus, hypocondriorum tenſiones, inflationeſque, & reliqua, quæ veluti prodromi Mulieres hyſtericas præſertim divexare ſolent antequam, ingraveſcente morbo, ſuperveniat ſyncopes, & convellantur, non aliunde excitantur, niſi à convulſione quadam organorum iſtorum ſpaſmodicâ.

(c) De morb. convulſ. c. 6. & 10.

(d) Coll. Pract. de morb. mul. cap. 3.

Cum igitur, experientiâ docente, hyſtericæ, item & hypochondriacæ affectionis cauſa morboſa viſceribus inhæreat (e) alimentorum digeſtioni inſervientibus, & cum iccirco ipſa alimentorum digeſtio hiſce in caſibus depravetur, ſequitur, ut ex alimentis pravè digeſtis, chylus eliciatur incongruus, qui cum ſanguine immixtus univerſos inde labefaciat, ac perturbet humores. Unde fit, ut Mulieres hyſtericis obnoxiæ affectionibus duplici laborent morbo: altero nempè, quo jugiter afficiuntur ex contractâ humorum labe univerſali: altero, qui recurrit identidem ex iis ſeſe manifeſtans ſymptomatis, quæ paſſionis, vulgò hyſtericæ, paroxiſmum concomitari ſolent, ut convulſiones, dolores, uomitus, mentis alienationes, ſyncopes, palpitationes cordis &c. quæ nervorum plexus pluribus in locis indicant irritari à causâ morbificâ, priùs deliteſcente, mox, aut internâ, aut externâ datâ occaſione, prodeunte.

(e) Ettmull. loco citat.

Cæterùm, quoad prognoſim hujus morbi, etſi paſſim periculo vacare dicatur, nihilominùs ſi, aut ſæpiùs recurrant paroxiſmi, aut ſi ultra menſuram ingraveſcant ſymptomata, maximum quidem præſefert periculum; (f) & à Vvilliſio hiſtorias habemus Mulierum hyſtericâ præfocatione interemptarum. (g)

(f) Sèner. pract. libr. 4. part. 2. ſect. 3. cap. 4. Ettmull. coll. Pract.

de morb. Mul. ſect.3. c.3. Hæc autem reſpiciunt potiùs periculum, in quo verſantur hyſtericæ Mulieres, in ipſo morbi paroxiſmo, quàm pervicaciam, qua Medicis auxiliis reluctari ſolet affectio, utpotè quæ curatu perquam difficilis ſit; eò quòd, aut nunquam, aut vix unquam radicitus avelli queat. *Hinc duo poſſumus addiſcere alterum alterius conſentaneum. Primum quod prognoſim ſpectat, non eſſe audacter promittendam ſanitatem, ſed adſtantibus difficultatem ſanandi propalandam &c. Alterum, quod pertinet ad curationem, eſt, non eſſe luctandum cum morbo inſuperabili, & totis Viribus expugnationi incumbendum, ſed tantùm levibus, benignis, dulcibuſque modis agendum, ut ſcilicèt, ex mente Hyppocratis, ſi non juvabimus, ſaltem quam minimè noceamus*. Ita Stephanus Rodericus à Caſtro cum de affectibus hyſtericis curandis verba fecit (*h*).

(g) *Loco citat.*

(h) *Conſult. Med. lib.p.98.*

Quoniam affectiones hyſtericæ parvi vulgò paſſim fieri conſueverunt, ea conſultò præmittere placuit, ut Sanctimonialem hanc hyſtericam fuiſſe, ſi quis audiat, quid rei id nominis importet is utique ſciat.

Hujus autem Sanctimonialis humores univerſos labe intimè infectos, eorumque volatiliores partes extenuatas, abſumptas, atque enormiter læſas fuiſſe certiſſima habemus indicia; eoſque poſtmodum in inſtanti quoad omnia optimè reſtitutos id procul à miraculo factum neutiquam arbitrabor.

Verùm, ut rem ſingillatim expendamus, duo mihi potiſſimùm in Summario objiciunt Medicorum depoſitiones, quas, ut pleniſſimam, luculentiſſimamque hujus morbi ideam exciperem, iterum, iterumque perlegi. Alterum ex ore Tilli Profeſſoris accuratiſſimi conſulentis ſuper ægrotantis ſanatione, qui de præfatâ ægritudine, primò cum Sanctimoniali in priſtinam reſtituta ſanitatem, inde cum Medico curante ſermonem habuerat. Is verbis hiſce expresſè loquutum fuiſſe habemus (*i*). *Era ſtata l'Inferma per molti anni travagliata d'Aſma, febbri, affetti d'utero, convulſioni, innapetenze, & altri mali continui: con ſuppreſſioni delle coſe naturali*. Alterum eſt, ex ore ipſius curantis, cum ægrotantis habitum, brevibus non minus, quam diſtinctè expoſuit: (*k*) *Era un corpo cachochimico, cioè pieno di mali umori, e particolarmente ſieri acri, e mordaci*. Hæc itaque evidentiſſimas cauſas habitualis certiſſimæ ægritudinis Sanctimonialis hujus abundè præſeferunt; redundans ſcilicèt pravorum humorum copia, ex ſuppræſsâ naturali præſertim evacuatione, neceſſariò continuas febres, lentas nempe, capitis dolores, inappetentiam &c. producere debuerat; quibus nil mirum, ſi affectiones, vulgò hyſtericæ, identidem acceſſerint nervis irritatis, iiſque aut in motus convulſivos concitatis, aut ſpaſmodicè convulſis: *Convulſioni, ſtrangolamenti di gola, sbalordimento, vomiti, oppreſſioni del diafframma &c.* ut Medicus curans recenſet (*l*).

(i) *Summario pag.72.§.408.*

(k) *Summario p.66. §.356.*

(l) *Summario p.64.§.333.*

Quem autem gradum attigerint tum habitualis, tum accidentalis morbus hæc declarare videntur: diutina primùm quindecim annorum ægritudo: Univerſa humorum corruptio, quam *cachochymiam* dicimus: febres aſſiduæ: enormes motus convulſivi, quos narrat eadem, quæ optimè convaluit, Ægrotans: *Sconvolgimenti di viſcere, e ſcuotimento di tutte le membra* (*m*) De his Vvillíſius *Spaſmi univerſales rariùs contingunt, & noniſi morbo hoc in ſtatum peſſimum evecto*. (*n*) Idipſum indicat, & medicamentorum genus, quod, vigente paroxiſmo, in uſum revocatum dicitur: *Mi ſono trovato a farle cavar ſangue*, ita fermè Medicus curans (*o*) *diciotto, o venti volte il meſe*. Frequentiùs enim exinanita vaſa, ſanguine eraſſo, impuro, ac lurido, ut ita dicam, incoctoque, quem cum Vvillíſio (*p*) *Vappeſcentem veluti* nonnulli vocant, brevi ita repleri debuerant, ut inde planè cachectica evaſiſſet Ægra, neceſſe fuerit.

(m) *Summario p.*20. §.53.

(n) *De morb. convul. cap.* 10.

(o) *Summario p.*66. §.359.

(p) *De Febr. cap.* 2.

Atque ita fermè eveniſſe ex huc uſque dictis compertum eſt, & adhuc magis comperi poterit, longum primò per ſeptennium ejuſdem Sanctimonialis decubitum præſertim conſiderantibus: *Per lo ſpazio di anni quindeci era ſtata ſempre inferma &c., e di queſti era ſtata ſenza uſcire di letto ſette anni continui* (*q*) Secundò eò rem quondam deventam fuiſſe, ut univerſum corpus, hydropicorum more, intumuerit: *Quattr'anni ſono pati di un'aſma uterina, che le fece gonfiare per tutto il corpo* (*r*) Tertiò judicium, quod olim de eâ protulerunt Medici poſt iteratum ſanguinis ſputum, quorum aliqui phthiſi pulmonari jam laborantem, alii proximè laboraturam pronunciarunt: *Eſſer vero il gettito di ſangue &c., e che alcuni de' Medici dicevano, che era Tiſica, & altri, che poteſſe diventar Tiſica* (*ſ*) Quanvis enim ſputum ſanguinis in Mulieribus, quibus præſertim menſes ſuppreſſi ſunt, funeſtum adeò non præſeferat omen, ut in Maribus, & licèt inde omnis evanuiſſe phthiſis, ſaltem præſentis, ſuſpicio videatur, nihilominus ea omnia firmiſſimum præbent argumentum, quo concludenter deducimus, peſſimam in Sanctimoniali hac humorum indolem extitiſſe. Ex quo non video, eur mirari debeamus, ſi ea, quâ tentabatur, ægritudo interdum, ut ita dicam, perſonata, graviſſimorum morborum ſpeciem præſeferens in ſcenam prodierit.

(q) *Summario pag.*50. §.248.

(r) *Medicus curans Summario pag.*68. §.372.

(ſ) *Summario p.*45. §.220.

His ita de morbi hujus genio in genere, deque ejus gradu in caſu, de quo agimus, conſideratis, atque præmiſſis, non invenio, cur inter miracula recenſenda non ſit hæc ſanatio, quandoquidem ab hoc morbo Sanctimonialis noſtra *inſtantaneè* convaluerit.

At inſtantaneè convaluiſſe omnes unanimi conſenſu tum ea, quæ convaluit, tum cæteræ Sanctimoniales, tum Medici, tum Confeſſarius affirmant. Neque, ut puto, veteris morbi ſuperfuiſſe veluti reliquias, exiſtimandum eſt, quod ea Sanctimonialis deinde bis, aut ter unius anni curſu, vel dentium dolore, vel catarrhalibus fluxionibus, vel aliqua ſtomachi debili-

ta-

tate, uti habemus in Summario, leviter laboraverit; id nempè nequaquam præcedentis ægritudinis pravus tanquam effectus haberi debet, cum à cauſis quibuſdam aliis, levibus licèt, morboſis tamen, potiùs exoriri potuerit; a quibus non ideo, quia ſublatâ quamvis alterius morbi radice, ex quo non ſine miraculo evaſerat, incolumis ſervari ſemper debuit ea Virgo, quæ infirmiori cæteroquin ex conjecturis prædita fuiſſe depræhenditur temperamento.

Quicquid modò ſupereſſe videtur, id, ut examinemus, utique eſt, an priùs eductâ vomitu critico causâ morbificâ convaluerit Infirma, quæ, uti conſtat ex Summario, poſtremo recurrente paroxiſmo, plurimùm evomuiſſe faſſa eſt: *Mi aſſalirono li ſopradetti mali con vomito più penoſo di quanti mai ne aveſſi avuti* (t) At vomitus *ſymptomaticus* eo in caſu nequaquam *criticus* habendus eſt. Ideo ſiquidem in affectionibus hujuſmodi hyſtericis, ut quotidiè nos docet experientia, concitari ſolet, non quia materia peccans, quæ affectiones præfatas hyſtericas fovebat, ab humoribus ſecreta, atque In ventriculum congeſta, evomendo, foras excernatur; Sed quia, viſceribus imi ventris maximè convulſis, convellitur unà, & comprimitur, vel ipſe ventriculus; quo convulſo, atque undique compreſſo, contractoque, nil mirum, ſi vomitus quandoque erumpat, qui propterea convulſivus propriè nuncupatur, item & ſymptomaticus, inter cæteras convulſiones ſpaſmodicas ſymptomaticas hìc præcisè recenſendus; eoque magis cum ipſamet Virgo, de quâ hìc agitur, non affirmaverit tum ſolum evomuiſſe, ſed vomitu tum cum maximè divexatam fuiſſe: *Con vomito più penoſo di quanti mai ne aveſſi avuti.*

(t) *Summario* p. 13. §. 8.

Enimverò recurrentibus paroxiſmis aut ſemper, aut ferè ſemper vomitus acceſſiſſe ſymptomaticos luculenter habemus in Summario ex depoſitionibus Medici, qui undecim annorum ſpatio ægritudinem hanc tractavit. (*u*)

(u) *Summario* p. 64. §. 334.

Damus inſuper æquo animo, concedimuſque, quod vomitus præfatus fuiſſet criticus, id etiamſi revera rationi conſonum non videatur, attamen per excretionem eam criticam fieri tum potuiſſet, omitto, ut adventitiæ affectionis inſultus diſcuterentur; quod ſi contigiſſet tantùm, ſanationem miraculo adjudicandam mihi ſuadere nequiverim; Suadeam quanvis miraculo factam fuiſſe, eò quod impræſentiarum agatur de ſanatione inſtantaneâ, ac integrâ ægritudinis habitualis inveteratæ, quæ percipere nequeo quonam pacto vomitu, etiamſi criticus fuiſſet, radicitus confeſtim avelli adeo potuiſſet, ut vix ullum nequidem inde, vel leve ex præterita eradicatâ jam ægritudine, ea, quæ convaluit, permanens impoſterum ſibi contractum retinuiſſet incommodum. Omitto, quod fluidorum labe contractâ, per vomitum tum ſemel eructatâ, extenuatis iccircò ſuccorum vitiis, ac paulatim organorum facultatibus in priſtinum reſtitutis, in proſperam ſenſim ſine ſenſu valetudinem re-

ver-

verſa, temporis proceſſu optimè ſe habere Ægrotans tandem valuiſſet. Fidenter tamen negandum fore confido rationibus æquè ac obſervationibus practicis innixus, quod morbus longævus, qui ſuas altè jam egerit radices, criticè per vomitum illicò in inſtanti, ac penitùs penituſque diſcuti unquam potuerit, quemadmodum in caſu noſtro planè contigiſſe obſervavimus: *Mi partì ſubito la febbre, che in anni quindeci non ſono ſtata quaſi mai ſenza.* (x)

(x) *Summario* p.16. §.21.

Ergo ſi ita, uti ante diximus, convaluit, id citra miraculum eveniſſe minime judicandum. Morbum autem penitus, ac illicò in inſtanti diſcuſſum evidenter oſtendunt, & eâ præſertim lætitiâ, quâ intimè commota, poſtquam ejus capiti, gutturique appoſitæ ſunt B. Reliquiæ, ſuaviter collacrymare cæpit: *Cominciai a piangere d'allegrezza, e ſtando un poco diſſi ſon guarita,* (y) & ſubita virium deperditarum poſt tot, ac tantas ſæviſſimas ex tàm dirâ ægritudine diù paſſas aerumnas inſtauratio, ac reditus: *Io guarii ſubito, nè mi rimaſe alcuna reliquia del male antecedente, perche la mattina iſteſſa mi ſentii in forze, e gagliarda, cominciai ad andare in Coro, come l'altre, e dopo non ho più patito altro.* (z)

(y) *Summario* p.17. §.32.

(z) *Summario* p.16. §.24.

Summus igitur gradus, PATER SANCTISSIME, inveterati morbi ſuaptè naturâ pervicaciſſimi, ejuſdemque inſtantanea abſoluta ſolutio, omni prorſus illico deleta præteriti morbi nota, miraculo hanc peractam fuiſſe ſanationem jure ſuadere videntur.

Alexander Paſcoli Protom. Gener.

REVISA

Jo: Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

SVPER II. MIRACVLO.

Aſſerti Odoris ſuauiſsimi promanantis ex Reliquia Beatæ Iulianæ conſiſtente in vna ex eius Coſtis.

ADuerſus huiuſmodi aſſertum miraculum Odoris ſcilicèt prouenientis ex Reliquia Beatæ Iulianæ, obſtare videtur, quod odor, & ſimilis fragrantia intrà naturæ vires contineri poſſunt, vt conuincunt relata de Alexandro Magno per Curtium Iuniorém, & Plutarchum in eius vita, quod ſcilicet ex eius corpore ad veſtes quoque exteriores ſuauis odor manaret, & per *Zaccat. in prax. admirand. lib.1. obſeruat.4.*, qui ait fragrantiam ſuauiſſimam perceptam fuiſſe ex aqua, in qua liquatum fuerat cerebrum cuiuſdam cadaueris idque poſſibile aſſerit *Gaſpar. Reyes in Eliſio iucundar. quæſt. Camp. cap.28. num.26. poſt medium verſ. illud verò.*

Paritèr obſtare videtur, quod odor prouenire potuerit ex retentione florum in Cubiculo ſororis Felicis Fortunatę, in quo conſeruabatur reliquia Beatæ Iulianæ; Retentio autèm florum in ſupradicto loco redditur innegabilis, ità ſiquidèm deponunt Teſtis VI. *proc. fol.481.* = *Doue era la reliquia non vi fù mai poſto odore alcuno, anzi benche Suor Felice Fortunata foſſe ſolita tenere de fiori in Camera da quel tempo, che cominciò detto odore non ce ne hà mai più tenuti* = *XXI. fol.491.* *Io ho ſentito dire più volte à Suor Felice Fortunata, che non ci hà tenuto odore, e che leuò anche li fiori, che vi haueua quando cominciò à ſentirſi detto odore* =, & hæc ſola poſſibilitas ſat eſt ad excludendum, quod odor prouenerit ex cauſa ſupernaturali ad firmata per *Rot. coram Celſ. deciſ.161. num.3. & deciſ.325. num.11., & deciſ.530. num.10. par.19. recen.*

Fortiùs, quià Teſtes interrogati circa qualitatem odoris promanantis ex dicta reliquia aſſeruerunt ſimilem fuiſſe, vel odori promananti ex floribus, vt dixit Teſtis XX. *proceſſ. fol.502.* = *era vn odore, che ſi aſſomigliaua alla Giunchiglia*, vel alteri odori naturali, vt faſſa fuit Teſtis de qua *dicto proceſs. fol.455. terg.* = *Mi pareua che ſi accoſtaſſe più al Muſco* = concordant plures alij Teſtes, vt videre eſt in dicto proceſſu.

Additur prædictis, quod ex parte Poſtulatorum Cauſæ non coarctatur negatiua, vti opus eſſet, tamquam fundamentum eorum intentionis, vt firmat cæteris concordan. *Rot. deciſ.430. num.15. part.18. recent.* quod ſcilicet Reliquia Beatæ Iulianæ, quæ retinebatur in Cubiculo dictæ Monialis non fuerit aſperſa aliquo odore, vel ſaltèm quod ità non euenerit occaſione, qua deferebatur ad Eccleſiam interiorem Monaſterij, in qua exponebatur cum luminibus, vt ait Teſtis II. *Proceſſ. fol.427. terg.* = *La Reliquia ſtiede preſſo detta Suor Felice Fortunata, che la cuſtodiua, e qualche volta nella Chieſa Interiore, doue reſponeuano con i lumi*; Vel quotiès delata fuit ab eodem Cubiculo dictæ Monialis ad domos infirmorum, vt ait III. Teſtis *Proceſſ. fol.453.* = *Nel tempo, che è ſtata nel Monaſtero non è paſſata per le mani che del*

Pe-

Padre Garbi Confeſſore, e due, à trè volte, che è vſcita per portarſi à qualche Infermo, l'hà portata il Padre Confeſſore = Data etenim hac poſſibilitate in contrarium, præſertim cum reliquia non conſeruaretur in Theca clauſa, vt aſſerit Teſtis III. *Proceſſ. fol.*452 = *La Reliquia ſtaua in vna ſcattola, che poteua aprirſi, & alle volte s'apriua*, & Teſtis IV. *fol.*460. *ter.* ait = *aprì ella* (nempè Soror Felix Fortunata de Sardis) *La ſcatola, doue era detta Reliquia, e ci diſſe ſentite la mia Santa sà d'odore* = In totum excluſa remanet probatio Poſtulatorum fundata in negatiua, vt notant *Cancer. var. reſolut. part.*3. *cap.*2. *num.*120. *& ſequen.*, *Capice. Latr. deciſ.*44. *nu.*20. Idque plenè ſufficit ad excluſionem miraculi.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO

Ad Animadverſiones R.mi Fidei Promotoris ſuper ſecundo Miraculo.

Odoris ſuaviſſimi promanantis ex Reliquia B. Julianæ conſiſtente in una ex ejus Coſtis.

Beatiſſime Pater.

ODOR promanans ex corpore alicujus Servi Dei, præſertim ad Aras elevati, paſſim, & abſque ulla hæſitatione inter miracula recenſetur, Teſte *Jacob de Graff. lib.5. de ſent. excom. conſ.17. num.8.*, *Caſtellin. de certitud. glor. Sanct. cap.14. pag.145. n.19. Scacch. de not. & ſign. ſanctit. ſect.9. cap.1. pag.193. Bordon. controv. moral. 3. par. 186. ſub num. 24.*; *Lezan. conſult.2. num.68.*, *Ricciull. elucubrat. Ecc. lib.1. cap.31. num.9.*, *Pignatell. conſult.242. num.16.*, *Zacch. qu. Medicoleg. lib.4. tom.1. num.38.* Idque non obſtante, quod qualitas odorifera fuerit in aliquibus corporibus reputata prodigium naturæ, ut refertur de Alexandro Macedone, Teſtibus *Curt. Jun.*, & *Plutarch. in ejus vit.*, & de quodam Cadavere, cujus cerebri lotio, ſeù aqua, cum qua ejus cerebrum reſperſum, & lotum fuerat, ſuaviſſimam efflabat fragrantiam.

Prima igitur animadverſio Reverendiſſimi Fidei Promotoris, quæ in ejuſmodi exemplis conſiſtit, nimis generalis eſt, nimiſque communis ad obruendum univerſalem plauſum ſanctitatis, qui ex hujuſmodi ſigno oritur, & quod pariter univerſali conſenſu canonizatum relinquitur, ut verum ſanctitatis indicium *Scacch. de ſign. & not. Sanctit. ſect.9. cap.1. pag. 193.* Et profectò ſi hujuſmodi animadverſio legitimum locum haberet, nullibi approbatus eſſet odor inter Miracula; cùm ſemper dubitationi locus eſſet, quod odor à naturali corporis conſtitutione, potiùs quam à gratiæ munificentia prodiret.

Tranſitum igitur faciendo ad alteram Reverendiſſimi Promotoris animadverſionem: hæc in eo ſita eſt, quod odor, qui efflabat ex Coſta B. Virginis Julianæ potuerit provenire ex retentione florum in cubiculo Sororis Felicis Fortunatæ de Sardis, apud quam cuſtodiebatur B. Julianæ reliquia. Sed nec iſta animadverſio claritatem hujus ſecundi Miraculi poteſt obnubilare, ad hoc enim, ut aſſumptum haberet locum, requirebatur, quod probaretur coexiſtentia reliquiæ, & florum in eodem cubiculo, & pro eodem tempore; ad hoc, ut fragrantia reperta in ſacra reliquia poſſet dici

communicata ab alio Corpore odorifero; vel ſaltèm requirebatur, quod non excluderetur per nos hæc coexiſtentia; At ubi ex una parte Reverendiſſimus Fidei Promotor coexiſtentiam prædictam non probat, & ex alia parte eadem coexiſtentia per Nos poſitivè excluditur, certum omninò eſt, quod de ſupernaturalitate odoris dubitari non valeat.

Quod igitur Reverendiſſimus Fidei Promotor non oſtendat prædictam coexiſtentiam Reliquiæ nimirum & florum, vel alterius Corporis odoriferi apti ad communicandam eamdem qualitatem, & fragantiam Sacræ Reliquiæ, colligitur ex eo, quod ſi hanc coexiſtentiam probaret, maximè eam probaret per Teſtes ab eo ad hunc effectum allegatos in animadverſionibus §. *Pariter obſtare*. Teſtes autem prędicti hoc non probant. Sextus enim *Summ.* hujus ſecundi miraculi §. 108. inquit ibi = *dov'era la Reliquia non vi fu mai poſto odore alcuno; anzi benche Suor Felice Fortunata foſſe ſolita tenere de fiori in Camera, da quel tempo, che cominciò detto odore non ce n'hà mai più tenuti &c.* & Teſtis 21. *Summ.* §. 158. ibi = *Io ho ſentito dire più volte à Suor Felice Fortunata, che non ci hà tenuto odore, e che levò anche li fiori, che vi aveva, quando cominciò à ſentirſi detto odore &c.* Itaque, ſi duo Teſtes tantum abeſt, quod fomentum obſtativo tribuant, aut quod ſuſpicionem ingerant naturalis communicationis odoris, quod potiùs oppoſitum ad evidentiam ſuadeant; dum primus de viſu, & ſecundus de auditu, coexiſtentiam prędictam Sacræ Reliquiæ, & florum poſitivè excludunt.

Sed ne videamur à Reverendiſſimo Promotore emendicare Teſtes ad magis, magiſque excludendam prædictam coexiſtentiam, repetere hic non pigeat dicta Teſtium ſuper hac materia relatorum in *Summ.* Prima enim Teſtis Soror Fælix Fortunata de Sardis Cuſtos, & detentrix Reliquiæ §. 18. inquit ibi = *nel luogo dove tenevo detta Reliquia non vi avevo odori alcuni, nemmeno nella mia Cella, ne ve li poſi; anzi non ci tenevo nemeno fiori, e non ce l'hò mai tenuti nel tempo, che ci avevo detta Reliquia, e quando ſi teneva in Chieſa, non ci ſi tenevano ne anche in eſſa li fiori &c.* II. Teſtis Mater Abbatiſſa §. 37. interrogata an potuerit hujuſmodi odor provenire ab aliis rebus odoriferis, Reſpondit, ibi = *non può eſſere da ciò provenuto, perche nel tempo, che ci è ſtata detta Reliquia ne ſopra detta Scattola, nemeno in detta Cella ſi è tenuto fiori di alcuna ſorte, ne detta Monaca ci hà poſto odore alcuno; e ſopra di ciò ſi è interrogata più volte* IV. Teſtis de viſu §. 70. ibi *non vi era odore alcuno, ne vi era ſtata poſto, e ſaperlo, perche ſtavo continuamente nella Cella di detta Suor Felice Fortunata, dove ſtava la Reliquia e dove cominciò a ſentirſi l'odore, e perche detto Suor Felice Fortunata più volte mi diſſe, che non ci aveva poſto odore alcuno.* V: Teſtis §. 83. ibi = *in quella ſtanza non v'erano odori di alcuna ſorte; anzi eſſendo la predetta Reliquia legata in Argento in una Scattola, queſta Scattola per avanti ſapeva più toſto di tanfo; e queſto lo depongo, perche hò ſentito più volte il giorno detto Odore* VI. Teſtis §. 108. ibi = *Dov'era la Reliquia non vi fu mai poſto odore alcuno; anzi benche Suor Felice Fortunata foſſe ſolita tenere de' fiori in Camera, da quel tempo, che cominciò detto odore non ce n'hà più tenuti.* VIII. Teſtis Confeſſarius Monaſterii §. 134. ibi = *Io ritenni detta Scattola appreſſo di me cinque meſi avanti la conſegnaſſi alle Monache in luogo dove non era odore alcuno &c.* & infrà ibi = *la detta Monaca mi hà giurato più volte di non averla ne tenuta fra coſe odorifere,*

Digitized by Google

fere, ne poſtovi odore alcuno; anzi a mia perſuaſione non teneva ne anche li fiori in Camera per più aſſicurarſi; & hò tal concetto della verità, e coſcienza di detta Monaca, che ſon certo, che non direbbe una bugia &c. XX. Teſtis §. 145. ibi = *non poteva provenire da altri odori; perche ne' i luoghi, dov'ella era, non vi erano odori, e Suor Felice Fortunata diſſe, che non ci aveva poſto odori.*

Itaque odor prædictus provenire non potuit ex coexiſtentia Reliquiæ cum aliis rebus odoriferis, aùt cum floribus, cum quibus hanc coexiſtentiam, ut conſtat, non habuit. Parumque ad rem facit, quod Sor. Fælix Fortunata [ut inquiunt duæ Teſtes citatæ à Reverendiſſimo Promotore] ſoleret in Cella flores retinere; dùm eædem Teſtes, & alii conformitèr concludunt tàm de viſu, quàm de auditu, quod contra conſuetum, eadem Monialis, dum retinuit Reliquiam, non retinuit flores, & demùm in hac occaſione reliquit conſuetum morem retinendi flores, hoc eſt, quod præmit, & res ita ſe habet, ac ſi numquàm ſoleret eos retinere, quantum ad intentum præſens.

Si autèm quis velit vim facere in eo, quod Teſtes aſſerunt quidem, flores in Cella Sororis Fælicis Fortunatæ non fuiſſe retentos ab eo tempore, quo Sacra Beatæ Julianæ Reliquia cæpit odorem diffundere, non autèm excludunt, quod per priùs non fuerint ab ea prędicti flores retenti; & ex eo inferat cavilloſus quiſque, quod præcedentèr ad talem odoris diffuſionem, potuit ejuſdem odoris communicatio fieri à floribus præviè fortè retentis; adæquata reſponſio erit in promptu. Communicatio enim iſta fieri non poterat, quià eodem modo communicatus fuiſſet odor rebus æquè diſtantibus à floribus. Non enim eſt major ratio, quarè odor naturalitèr communicabilis communicetur de facto uni rei, & non alteri. Cum ergo de rebus aliis in eadem Cella exiſtentibus non dicatur, odorem ſpiraſſe, evidens eſt, quod odor in Sacra Reliquia inhærens, & ab eadem profluens, non erat odor communicatus ab extrinſeco, nempè à floribus, aùt ab alio Corpore odorifero, ſed potiùs odor prodigiosè inhærens Sacræ Reliquię: præſertìm quià iſta erat incluſa in Capſula obſerata; Undè inperceptibile videtur, quomodò odor florum proveniens ab extrinſeco, potuerit communicari Reliquię potiùs, quam aliis rebus, quę non erant incluſę, seù obſeratę. Cumque odor prædictus fuerit abſque ulla hæſitatione obſervatus, recognitus, & prædicatus in Sacra Reliquia, & non in aliis rebus: mirum eſt, quomodò debet attribui floribus, & dici ab iis Sacræ Reliquiæ communicatus.

Redditurque etiàm evidentior iſte diſcurſus ex phiſico axiomate, quod nimirum omnis cauſa naturalis producere debeat effectū ſibi ſimilem & correſpondentem; Undè qualitas odorifera exiſtens in aliqua florum ſpecie, ſi ſemel communicetur, ita debet communicari, ut idem odor ſit in re, quæ participat illum, ac erat in corpore odorifero, à quo prædicta qualitas participatur; ità, & taliter, quod ſi odor exeat à Lilio, ſemper erit odor Lilii, cuicumque rei communicetur; ſi autèm fuerit odor Roſę, ſemper erit odor Roſę cuicumque ſubjecto communicetur. Hoc ſuppoſito, cum odor promanans à Sacra Reliquia Beatæ Iulianæ non fuerit odor alicujus floris particularis; ſed potiùs odor ſuper excedens omnes alios naturales odores, nullique naturali, & determinato odori aſſimilaretur, ſequitur evidenter, quod non fuerit odor naturalis, ſed ſupernaturalis, adeòque prodigioſus.

A 2 Duæ

Duæ propoſitiones ſunt in hoc diſcurſu, quarum veritatem oſtendere oportet ex *Summ.* Prima videlicèt, quod odor exiſtens, & profluens à Sacra Reliquia Beatæ Iulianæ non fuerit odor alicujus floris particularis; altera verò; quod potiùs fuerit odor ſuperexcedens odores naturales. Prima igitur propoſitio oſtenditur ex II. Teſte §. 27. ibi = *& era un odore, che non lo sò rappreſentare, maggiore dell' Ambra, e del Muſchio &c.* & ex III. Teſtes §.42. ibi = *& era odore gratiſſimo, che non ſapevo diſtinguerlo* & ex IV. Teſte §. 59. = ibi *e mi pareva odore di Viole, che mi conſolava tutta &c.* & ex V. Teſte §. 86. ibi = *la medeſima Scatola ſapeva d'un poco d'odore, come di roſe, e fieri, §. 87. non lo ſapevo diſtinguere bene; ma mi pareva, che ſi accoſtaſſe più all'ambra, & al Muſchio &c.* & ex VII. Teſte §. 103. ibi = *non ſaprei dire, che odore foſſe, ma era un odore grandiſſimo, e pareva un'odore miſto d'ambra, e di Muſco, e mi ricreava tutta, e mi faceva tenerezza nell'animo*, & ex XX. Teſte §. 137. ibi = *era un odore grato, e gentile, e non ſaprei diſtinguerlo* & ex XXI. Teſte §. 151. ibi = *era un odore ſoave, e miſto, che alle volte pareva d'ambra, alle vo'te di Moſco, ed altre volte d'altro, che non ſapevo rinvenirlo, & §. 158. ibi = e non poteva queſto provenire da fiori, perche non ſi ſapeva rinvenire, che odore ſi foſſe*, & ex Teſte XXII. §. 170. ibi = *era un odore, che aſſomigliava alla Gionchiglia; mà non hò mai ſentito odore ſimile, & era grato* & ex Teſte XXIII. §. 181. ibi = *era un odore gratiſſimo, ſul primo l'avrei detto di Muſchio; ma non ſaprei dire, che odore ſi foſſe &c.* & ex Teſte XXIII. §. 194. ibi = *Io allora lo ſtimai ſovranaturale, perche non mi pare d'aver mai ſentito una ſoavità ſimile, & era ſi ſoave, che non ſapevo diſtinguerlo &c.* & ex Teſte XXXIV. §. 199. ibi = *l'odorai, e ſentii, che ſapeva d'odore, come di muſchio, mà è ben vero, che ne io, ne gli altri ſeppimo diſcernere, che odore foſſe; era bene un odore ſoave &c.* & tandèm eſt Teſte XXXV. §. 206. ibi = *e ſentii un grandiſſimo odore, ſenza diſtinguere, che odore ſi foſſe; ma più grato aſſai di quanto mai n'abbia ſentito &c.*

Ex teſtibus igitur concorditer deponentibus habetur, quod odor, qui diffluebat ex Sacra Reliquia, talis erat naturę, ut diſcerni non poſſet; non erat ergo odor alicujus floris particularis, & determinati. Certo enim certiùs eſt, quod odor à floribus communicatus, facile diſcernitur, utique an ſit lilii, aut roſæ, aut violæ. Imo ex ipſa confuſione, & incertitudine odorum, ſecundum quam omnes Teſtes ſeſe exprimunt per verba *pareva &c.* & proteſtantur ſeſe diſcernere non potuiſſe qualitatem odoris, deducitur odorem fuiſſe ſupernaturalem, eo pari modo, quo *Manhu* fuit cibus prodigioſus, & ſupernaturalis, ex quo ejus ſapor, ſaporibus omnium ciborum aſſimilabatur, & cum nullo ex his communicabat in natura; maximè cum nil commune haberent muſcus, & ſuccinus cum violis, roſis, & junchiliis, & tamen nonnulli Teſtes odorem aſſimilabant alter uni, alius aliis, & tamen ſi fuiſſet odor participatus à floribus, facile diſcerni potuiſſet, & præſertim ab illis Monialibus, quæ florum ſpecies in cubiculo Sororis Fœlicis Fortunatæ retentas, obſervaverant.

Secundum autem, quod videlicet odor à Sacra Reliquia profluens fuerit odor ſuperexcedens omnem naturalem odorem, colligitur pariter ex Teſtibus datis in *Summ. hujus 2. Miraculi* & ſignanter ex II. Teſtes §. 26. ibi = *Era un' odore, che non lo ſo rappreſentare maggiore dell' ambra, e del muſco, in ſomma un' odore di Paradiſo*, & infra ibi = *Entrata in detta cella ſentij tal fragranza, che mi pareva d' eſſere in*

Pa-

Paradiſo, & ex III. Teſtes §. 47. ibi = *Rimaſe l'odore per tutta la Sagriſtia, e rimaneva per tutti que' luoghi dove detta Reliquia paſſava &c.* & ex IV. Teſte §. 66. ibi = *E mi ricordo, che nell' andare quella ſera alla mia cella ſentivo dal terreno, e primo piano &c. un grand' odore, che ſi diffondèva per tutti quei luoghi d'onde paſſava; e ſentendo queſto grand' odore chiamai Suor Ottavia Centurelli per vedere ſe ancor lei lo ſentiva; e lei mi riſpoſe: che grand'odore è queſto?* & ex V. Teſte §. 95. ibi = *Un' odore grato, che non ſi conoſce bene; ma pare che ſi aſſomigli al muſco, & all' ambra, & è aſſai meglio &c.* & ex VI. Teſte §. 98. ibi = *Entrata nella cella rimaſi sbalordita di sì grand'odore, perche non avevo mai ſentito ſimile &c.* & ex XXIII. Teſte § 177. ibi = *Sentij una gran fragranza d' odore ſuave, che mi riempì tutti li ſenſi, ed allora diſſi: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis:* & §. 194. ibi = *Non mi pare d'aver mai ſentito un'odore, che mi riempiſſe li ſenſi ad un tratto, come mi fece queſto*, & ex XXXV. Teſte §. 206. ibi = *Sentij un grandiſſimo odore ſenza diſtinguere, che odore ſi foſſe; ma più grato aſſai di quanti mai ne abbia ſentito*, & §. 209. ibi = *E certamente non hò più ſentito tal odore.*

Ecce ergo, quod (odor diffluens à Sacra Reliquia erat odor ſuperexcedens omnem odorem naturalem.

Et hinc reaſſumendus eſt diſcurſus ſuprafactus, odor enim, qui ſpirabat ex coſta B. Julianæ, erat odor nullius floris particularis, & determinati, utſupra oſtendimus (aliàs potuiſſet ab aliqua ſaltem ex Monialibus certo diſcerni) eratque ſuperexcedens omnem naturalem odorem; erat igitur odor prodigioſus, & ſupernaturalis.

Cui addimus, quod nec tempore præcedenti ad diffuſionem odoris manantis ex Sacra Reliquia, potuit Sor. Fœlix Fortunata flores in cella retinere, qui eſſent apti ad communicandum tantum odorem; quantus à Reliquia ſpirabat; erat enim dies 28. Februarii; prævie autem ad hoc tempus ad ſummum florere ſolent violæ, nullique alii flores inveniuntur tantæ intenſionis, & fragrantiæ, qui ſunt apti ad communicandum tantum odorem ſubjecto extraneo, obſerato præſertim, & recluſo in capſula opportuna.

Quæ omnia redduntur etiam evidentiora ex nonnullis reflexionibus ex facto, & *Summ.* reſultantibus. Primò enim habetur ex eo, quod licèt prædictus odor eſſet acutus, non erat tamen capiti infeſtus, nullaque plane Monialis doluit de hoc; imo ex illo reportabant levamen, & conſolationem, ubi è contra omnes proteſtatæ ſunt ſeſe pati ab odoribus naturalibus capitis dolores *Summ. dicti* 2. *Miraculi* §. 12. 32. 49. 61. 77. 84. 104. 120. 143. 155. 156. 157. 160, 212.

Attendendum eſt inſuper ad alios effectus ſupernaturales, conſolationis videlicet ſpiritualis, cordis compunctionem, charitatiſque fervorem, de quibus in *Summ.* §. 14. ibi = *Quando avevo qualche ſcrupolo, o inquititudine andavo a quella ſcattola, dov' era la Reliquia, e mi ſentivo ſubito allegrezza; e divozione &c.* & §. 32. ibi = *Primieramente ci cagianava una conſolazione interna, e certa tenerezza di divozione in odorarla; ſecondariamente ci confortava il capo &c.* & §. 50. ibi = *Mi eccitavo alla divozione della Santa, e pareva, che mi conſolaſſe &c.* & §. 89. ibi = *Mi pare, che l'odore della &c. Reliquia mi eccitaſſe più al deſiderio della virtù, e di ſervire a Dio &c.* & §. 95. ibi = *Devo ancora deporre, che deſiderando di fare gli eſercizj di S. Ignazio, e venendo impedita dal dolor del capo, preſi un puoco di quella bombace, dove era ſtata la Reliquia della B. Giuliana, la quale aveva l'odore da*

me

me depoſto, e poſtamela ſul capo, mi ceſsò ſubito detto dolore, e potei fare detti eſercizj &c. & §.110. ibi = *Detto odore hà fatto in me ravvivare la fede &c.* & §.184. ibi = *Mi accrebbe la divozione verſo la Santa*, & §.122. ibi = *Mi faceva ſtare applicato a promuovere tanto in me, che nelle Monache maggiore attenzione, a riconoſcere quello voleſſe Dio da noi &c.* & §.143. ibi = *Mi portava conſolazione*, & §. 172. ibi = *Mi produceva maggior venerazione verſo la Santa &c.* & §. 196. ibi = *Mi produceva tenerezza, e mi muoveva a ringraziare Dio, e mi pare ancora di ricordarmi, che mi muoveſſe a piangere*, & §. 212. ibi = *Mi faceva conſolazione al cuore &c.*

Nec prætermitti debet, quod odor prædictus cæpit à Sacra Reliquia diffundi die Veneris, quæ ſpecialiter dicata eſt memoriæ Paſſionis Redemptoris noſtri *Summ.* §. 2. 7. 22. 25. 36. 38. 62. 63. 65. 80. 96. 102. 147., & in ſingulis feriis ſextis ſentiebatur intenſius *d. Summ.* §. 36. 38. 116., & conſequentèr cum odores naturales hanc myſterioſam variationem non patiantur; dicendum eſt, quod iſte odor, qui manabat ex Coſta Beatæ Julianæ fuerit prodigioſus, & ſupernaturalis.

Sed, quod omnem tollit demùm dubitationem, eſt, quod ad experimentum hujus prodigioſæ qualitatis, P. Confeſſarius Sacram Reliquiam de capſula, in qua erat repoſita, extraxit, & in alia capſula, cum diverſo goſſipio collocavit; & licèt nova capſula, novumque goſſipium nihil odoris haberent *Summ.* §. 7. 25. 44. 69. 114. 148., nihilominùs ſtatim ac in iis repoſitum fuit ſacrum os; omnia interſiùs olere cœperunt, ut cognoſceretur, quod non à goſſipio reliquia, ſed à reliquia goſſipium odorem participaret *Summ.* §. 7. 8. 25. 26. 44. 45. 65. 66. 98. 116. 149.

Nec denique contemni debet univerſalis plauſus hujus prodigioſæ fragrantiæ, ex eo, quod Teſtes omnes hunc odorem prodigioſum, & ſupernaturalem exiſtimarunt, ut recognoſci poteſt §. 17. 38. 49. 61. 76. 92. 84. 109. 123. 144. 173. 185. 194. 198., & 213. Qua ſanè exiſtimatione concurrente, omnium eorum, qui facto præſentes fuerunt, non modicum certitudinis pondus probationibus noſtris accreſcit.

Abſque eo quod in oblivionem tradatur aliud factum hujus miraculi paritèr comprobativum, de quo in informatione latè diſcurritur à §. *Elaborata*, & *ſeqq.*, quod quidem factum maximè ſuadet prodigioſam prædicti odoris qualitatem. Cum enim Sacra Reliquia reponi deberet in aptum, & opportunum reliquiarium, quod erat alio transferendum, extracta fuit à P. Confeſſario de Pixide, in qua conſervabatur, & cum ea, ad ſatisfaciendum devotioni Monialium, aquæ benedixit, eamdem in aqua reliquiam immergendo, & per tempus notabile immerſam in ea retinendo, quo minimè obſtante, reliquia ſuum conſervavit odorem; immò aqua ipſa maximè odorifera remanſit *Summ.* §. 8. 30. 59. 72. 117. 141. 155. perſeverante tàm in Pixide, quàm in goſſipio, à quibus fuerat extracta, odore permanentèr §. 15. 33. 60. 74. 95. 107. 129. 154. 165. 166. Quæ ſanè omnia non præſtitiſſet odor ſivè naturalis, ſivè artificialis, præſertìm florum; cum nihil magis contrarium odori, quàm humidum, & frigidum, quæ qualitates in ſummo requiruntur in aqua, cum è contra odor ſit ſecunda qualitas reſultans ex commixtione primarum, ſicco nimirùm, & calido. Quamobrem ſi non obſtante immer-

ſione

ſione in aqua Sacra Reliquia, nedùm odorem non perdidit, ſed è contra intenſius ſpiravit illum; ſignum evidens eſt, quod talis odor à primo ad ultimum erat prodigioſus, & ſupernaturalis.

Et ultimò confirmatur, ex quo odor iſte ſimilis erat odori profluenti ab alia Reliquia d. B. Julianæ *Summ.* §.86.87.133.168.183.199. *&* 206. de qua tamen reliquia ſuſpicari non poſſumus, quod participaverit odorem florum in cubiculo Sororis Fęlicis Fortunatæ de Sardis retentorum, quià nuſquam in eo fuit cuſtodita, ut colligitur ex Teſtibus mox citatis.

Undè nec relevat alia reflexio Rm̃i Fidei Promotoris, non coarctari videlicet negativam, quod reliquia non fuerit aſperſa aliquo odore, vel cum fuit retenta inCubiculo Sororis Fęlicis Fortunatæ de Sardis, vel cum collocabatur in Eccleſia interiori, vel denique quandò ad domos infirmorum deferebatur; Data enim poſſibilitate in contrarium, excluſam eſſe inquit probationem noſtræ intentionis. Non inquam relevat hæc reflexio, quandoquidem pro ſatisfactione illius, tria diſtinguenda ſunt, veluti temporum intervalla; primum ſcilicèt cum Sacra Reliquia retinebatur in Cubiculo Sororis Fęlicis Fortunatæ; Secundum cum deferebatur ad Eccleſiam interiorem, & tertio cum ad infirmos portabatur. De primo igitur temporis intervallo, ſufficienter coarctatur negativa ex dictis ejuſdem Sororis Fęlicis Fortunatæ detentricis, & Cuſtodis Reliquiæ, & omnium aliorum Teſtium jam ſupra tranſcriptis §. *Quod igitur*, *& ſeqq.* De ſecundo autèm intervallo temporis, imò, & de tertio, nempè cum collocabatur in Eccleſia interiori Monaſterii, aut quando ad Domos infirmorum deferebatur, optimè coarctatur negativa, ex Teſtibus ipſis *Summ. hujus ſecundi Miraculi* §. 18. ubi prima Teſtis inquit ibi = *E quando ſi teneva in Chieſa non ci ſi tenevano ne anche in eſſa li fiori*, & §. 21. ibi = *l'hò cuſtodita io, & è ſtata alcune volte eſpoſta nella noſtra Chieſa interiore, e le Monache ei andavano a fare orazione, e non è paſſata per le mani di altri, che del P. Confeſſore &c.* II. Teſtis §. 41. ibi = *Stiede preſſo Suor Felice Fortunata, che la cuſtodiva, e qualche volta nella Chieſa interiore, dove l'eſponevano con i lumi, e ſtavano a farci orazione, nè mai è uſcita di Monaſtero, e ſe non che per le mani del P. Garbi.* III. Teſtis §. 56. ibi = *nel tempo ch'è ſtata in Monaſtero non è paſſata per altre mani, che del P. Garbi Confeſſore, e due ò tre volte, ch'è uſcita per portarſi à qualche inferma, l'hà portata il P. Confeſſore*, & §. 61. ibi = *perche ſono certiſſima, che non vi è ſtato poſto alcun' odore naturale.* IV. Teſtis §.76. ibi = *lo reputo ſopranaturale, perche non v' è ſtato fatto artifizio alcuno.* V. Teſtis §. 92. ibi = *l' hò reputato l'uno, e l'altro miracoloſo, e ſopra naturale, perche detto odore non dipendeva da coſa naturale &c. e perche non vi era ſtato poſto odore alcuno.* VIII. Teſtis Confeſſarius §. 123. ibi = *m'aſſicurai, che non v'era ſtato poſto, ne ſtato attorno odore alcuno &c.* & §. 134. ibi = *La detta Monaca m' hà giurato più volte di non averla tenuta frà coſe odorifere, ne poſtovi odore alcuno; anzi a mia perſuaſione, non teneva ne anche fiori in Camera per più aſſicurarſi, & hò tal concetto della verità, e coſcienza di detta Monaca, che ſon certo, che non direbbe una bugia.* XXIII. Teſtis §. 117. ibi = *Fui chiamato una mattina doppo aver celebrato Meſſa dal Padre Maeſtro Garbi in Sagriſtia, dov'era una Scatola, dentrovi la Reliquia della Beata Giuliana, e ſentii grande odore, che mi reſe ſtupefatta, e nel mentre, che mi venne in mente di dire, ſe queſto non ci è ſtato meſſo*

è un

è un grand' odore, mi diſſero il Padre Garbi, e la Madre Abbadeſſa, queſto è un' odor ſovranaturale, ch' è uſcito fuori della Reliquia &c. Creſcitque ex his claritas miraculi ſequenti diſcurſu. Reliquia B. Julianæ fuit cuſtodita ſemper à Sorore Fęlice Fortunata de Sardis, & dùm fuit in Monaſterio, vel in ejus Eccleſia interiori [ex Teſtibus ſupra recenſitis, numquàm fuit vel floribus ſtipata, vel linita odoribus; & dum translata fuit à Cella ejuſdem Sororis Fęlicis Fortunatæ ad Eccleſiam interiorem, vel ad Infirmos ſemper extitit penès manus P. Garbi Confeſſarii, qui juravit illum odorem fuiſſe ſupernaturalem, ex quo Sac. Reliquia numquam floribus, aut odoribus, ſivè naturalibus, ſivè artificialibus fuerit condita, igitur optimè, & ſufficientèr coarctatur negativa, quod eadem Sacra Reliquia Beatæ Julianę nõ fuerit aliquo odore conſperſa, & conſequenter remanet undequaque compertum, atque probatum, eam oluiſſe odore ſupernaturali, & miraculoſo.

Quarę &c.

PETRI ASSALTI
DISSERTATIO
Super ſecundo Miraculo.

Beatiſſime Pater.

MUlti ſane ad naturalem hiſtoriam conſcribendam ſe contulere; quorum tamen in aliis diligentiam, in aliis peritiam, in aliis animi ſolertiam, in pleriſque fidem deſideres. Sunt enim non pauci, qui gloriæ captandæ ſtudio, ea literis mandarunt, quæ ad poetarūm potius fabulas, quam ad naturæ ſimplicitatem accedant: Aliqui, quod magis mirandum, veritatis inveſtigandæ cupidi, atque ita comparati, ut nec fallere, nec falli facile patiantur, ipſa quodammodo fide, ac nimia rerum cognitione in errorem ſecum alios inducunt. Cum enim ad naturæ inveſtigationem aptum ingenium, ſtudium ſingulare, atque operam attuliſſent, diuque chemicis, aliiſque phyſicis experimentis verſati, in multa incidere, quæ rei novitate mirabilitatem facile, vix fidem facerent; non ægrè propterea impoſtorum fraudibus aditum præbuere; tum alios ex ſe æſtimantes, cū etiam propriis experimentis admoniti, atque ad nova credendum procliviores. Aliud eſt præterea Scriptorū genus, qui philoſophicis commentationibus nimium addicti, propriis figmentis naturæ opificium accommodare ſtudentes, verā ipſius faciem confictis imaginibus deformarunt. Ut enim reliquos taceam, quam multa prodidit ſummus Philoſophus Ariſtoteles, quæ ſecundis curis, iiſque ſapientioribus, recentiorum ſagacitas à naturæ legibus longius aberrare deprehendit? Quid eximius ille rerum contemplator Plinius? quot, incredibili labore, atque induſtria, propriis monumentis conſignavit miracula, quæ reliquam ejus hiſtoriam, alioqui egregiam in mendacii ſuſpicionem adducunt? Longum eſſet ſingula Auctorum nomina perluſtrare, qui in prodigiorum hiſtoria conſcribenda deſudarunt; nedum ipſorum lapſus excutere: Facere autem non poſſum, quin exemplo demonſtrem quam temere plerumque ſibi, ac imperitis lectoribus illudant. Legerat Vir alioquin haud rudis, verum in naturalium rerum cognitione, ut ipſa res loquitur, parum exercitatus, apud neſcio quem Medicinæ Scriptorem ſuper craniis hominum ſub dio collocatis muſcum progigni, ac propterea vocabuli ſimilitudine deceptus, muſcum herbam tenuiſſimam omni prorſus odore deſtitutam, pro moſcho odoramenti nimirum genere accepit; quo quidem velut firmiſſimo argumento utitur, ad oſtendendum oſſium humanorum odorem, non eſſe inter miracula recenſendum.

Quanti igitur facienda ſit hujuſmodi Scriptorum auctoritas, nemo non

vi-

videt, nec me deterret, quominus exiſtimem, ſuave olentibus Beatæ Julianæ oſſibus pręter naturæ conſuetudinem, ejuſdem jucunde fragrantes virtutes apud Deum, veluti ſymbolo demonſtrari.

Quamvis antem apud omnes ſit exploratum nullum ex oſſibus jucundum odorem emitti, nihilominus, ut omnis eximatur ſcrupulus, ac quibuſdam philoſophis fortaſſe nimis acutis, ſatisfaciam, rem paulo altius repetendam cenſeo. Primo itaque expendam, an evenire poſſit, ut oſſa excitato, temporis progreſſu, intimarum particularum motu, odorem ſpirent. Secundo an aliquam ab aere, vel aliis externis vaporibus olendi vim nanciſci queant. Tertio denique an odoratis effluviis afflata, atque imbuta, vel artificio, vel fortuito, prędicta Beatæ Julianæ oſſa, odoriferam facultatem fuerint adepta.

Verum antequam hec omnia axpediam, nonnulla prius de oſſium, atq; odoris natura videntur proponenda.

Oſſa itaque initio mollia gignuntur, ac membranarum quodammodo naturam referunt, ut Anatomici norunt [a] & ipſe ſępius obſervavi in fœtibus: Intexuntur enim fibris mollibus non ſecus ac cęterę partes ſolidę: Venis, & arteriis quaquaverſus pervaduntur, quarum duplex genus eſt, alterę nimirum ipſorum nutritioni ſunt deſtinatę, alterę medullę ſuppeditandę [b]: quę quidem medulla non modo peculiaribus thecis incluſa in oſſium meditullio latet, ſed inde manans per exilia foramina, univerſam eorumdem materiam oblinit. Verum progreſſu temporis, pręcipue vero poſtquam infans in lucem fuerit emiſſus dictę fibrę arefactę, compactiores, ex membraneis cartilagineę fiunt, ac demum oſſea duritie firmantur.

Sed hęc breviter ex oſſium anatome, nunc aliqua ex chemia excerpemus. Oſſa recentia chemico artificio reſoluta faceſſunt magnam partem in oleum fœtidum, non ſecus ac ſanguis, pinguedo, urina, alięque animalium partes, tam ſolidę, quam fluidę: quod pręterquamquod à chemię ſcriptoribus paſſim traditur [c] cuilibet obſervare licet apud chemicorum officinas: Id quod etiam ex ſuperius dictis rationi maxime eſt conſentaneum; cum enim ſanguine alantur oſſa, nihil mirum, ſi in eadem abeant elementa. Oſſa autem vetuſta, ac pręcipue diu aeri expoſita in cœmeteriis, quamvis chemico igne agitata, nullum emittunt oleum; ſed tantum in terram diſſolvuntur: etenim diuturna fermentatione ab udo aere excitata, particulę oleoſę ac fluidæ avolarunt.

His breviter de oſſibus percurſis, nunc paucis odoris naturam perſtringam. Conſtat apud omnes Philoſophos odoram vim repoſitam eſſe in ſulfureis tenuibuſque particulis; quę à corporibus odoratis quaquaverſum emiſſę, narium papillas nerveas vellicant, ac laceſſunt; quę quidem particulę pro varia ratione, qua fibras nerveas afficiunt, modo jucundum, modo inſuavem odoris ſenſum excitant: graveolentia enim obſervantur paſſim à chemicis quæcumque oleo fœtido ſcatent, quemadmodum pleręque plantæ graveolentes; Scrophularia videlicet, ebulus, ſambucus, ſolanum, ut comprobatur Actis Academię Regię ſcientiarum. [d] Suavem vero odorem ſpirant, quę puro, tenuique ſulfure ſunt prædita.

Ex dictis facile intelligitur, oſſa vel fętorem, vel nullum odorem emittere: fętida quidem animadvertuntur, non valde vetuſta, quæ adhuc particulis ſanguineis, venarum, & arteriarum fibris, ac medulla non penitus ſunt exhauſta, ac propterea oleo fœtido imbuuntur:

Si-

[a] *Clopton Havers, Oſteologia nova.*

[b] *Clopton Havers de Oſſibus.*

[c] *Boerhaave Inſtit. & experim. chemia.*

[d] *Apud Tournefort. Hiſtoir. de plantes, qui naiſſent aux environ de Paris.*

Siquidem prædictæ partes facile fermenteſcunt, ac corpuſcula fętida oleoſa quaquaverſum diffundunt; corrumpuntur enim non ſecus ac caro, aliæque partes molles. Quod ſi vero diuturna fermentatione hujuſmodi partes molliores oſſium fuerint diſſolutæ, atque oleum fętidum penitus evanuerit; reſiduæ partes duriores, compactiores, ac terreæ odori excitando ſunt prorſus ineptę. Nam particulæ terrenæ per ſe nullam ciere valent fermentationem, cum fixionis ſint naturę, nec facile agitentur.

Neque verò quis ſuſpicetur circumfuſo aere, ità oſſium principia commoveri potuiſſe, ut odorem afflarent, particulæ enim aeriæ, vel nullam in effœtis, ac durię oſſium partibus fermentationem efficere valent; vel partes ſulfureas adhuc latentes ſolvendo, ac disjiciendo fœtorem potiùs excitant: ſiquidèm internus particularum motus, in corporibus odoratis particulis ſcatentibus, odorem vel latentem excitat, vel auget; in iis verò, quæ ſulfure fœtido referta ſunt fœtorem eiet. Ac propterea ſtyrax, thus, juniperi baccę, alięque reſinæ, & fructus, ex quibus odorati ſuffitus parari ſolent admoto igne ſuaviſſimos effundunt vapores; oſſa vero contrà dũ comburuntur graveolenti nidore ſunt naribus infeſta, ut omnibus notum eſt.

Quod hactenùs de oſſibus in genere demonſtravimus mirificè congruunt his, quæ ſpeciatim referunt Teſtes de Sacris Beatę Julianæ lipſanis: hęc enim trecentos quadraginta annos, poſt obitum ejuſdem Beatæ inodora aliis perhibentur, aliis verò fortaſsè olfactu acutiori pollentibus, nonnihil graveolere viſa ſunt; ſic enim teſtatur Sanctimonialis de Sardis §. 19. *Avanti aveva odore, & io più volte mi ci era accoſtata con il naſo, e non havevo ſentito odore alcuno: anzi ci è ſtata qualche Monaca, che hà detto, che le pareva che haveſſe un poco di tanfo.* Idemque confirmatur §. 131. 136. 159. *& ſeq.* Quod ſanè à communi oſſium proprietate minus eſt alienum: etenim longo temporis intervallo oleum fœtidum diutius fermentando magnam partem evanuerat, ſed non pęnitùs, quod ſacrum os in pyxide conſervatum externis aeris injuriis minus paſſuerit, ideoque reliqua olei fœtidi portio, nonnihil adhuc ingrati odoris excitabat. Cum itaque poſtmodum eadem ſacra lipſana odorem ſuaviſſimum emittere cœperint: id divina virtute eveniſſe fatendum eſt; niſi quis contendat aliquid odoramenti in pyxide inditum, odorem oſſibus communicaſſe: verum hujuſmodi perfugium inane prorſùs facile oſtendam, quamvis enim non negem vel goſſipium odoratum, vel aliquid aliud pyxide incluſum afflatu ſuo particulis odoratis, oſſis interſtitia potuiſſe replere, atque impingere, ut diutius illis inhærentes, ac ſenſim diffuſæ odorem jucundum procrearent: multa ſunt argumenta, eaque firmiſſima, quibus id factum fuiſſe improbetur.

Primo enim repugnat ingenuis teſtimoniis, ac præſertim Sãctimonialis de Sardis, ex ipſius enim narratione §. 1. ſatis apparet, nihil fuiſſe immutatum. Evidentiùs autem demonſtratur nihil additum fuiſſe in altera pyxide, quà os temporum cuſtodiebatur: hanc enim diſertè perhibent Teſtes, traditam fuiſſe Sanctimonialibus ſigillo P. Magiſtri de Rubris obſignatam; eumque os crotaphites illa aſſervatum antea fuiſſet inodorum, poſt horæ dimidium jucundo odore eaſdem Sanctimoniales recreaſſe: altera vero die eodem ſigno notatam, Illuſtriſſimi, à Reverendiſſimi Archiepiſcopi Piſani juſſu coram gra-

vi-

vibus Viris apertam gratum odorem effudiſſe, ut luculenter narratur §. 32.

Secundò, ut nullus relinqueretur dubitandi locus, an odor è xylo, & pyxide, qua ſacrum os cuſtodiebatur, manaret, remoto prædicto xylo, & pyxide, in alia recenti, indito xylo minus odorato, fuit collocatum; nec propterea bene olere deſiit; imò majorem odoris ſuavitatem afflavit, quemadmodum aſſerunt Teſtes §. 7. 25. 44. 65. 66. 97. Quod quidem argumentum non videtur contemnendum: licet enim poſſit quis ſuſpicari, in priori goſſipio aliquid odoris latuiſſe, qui potuit oſſis internas cellulas ſubire, ac diutius inibi hęrere, itaut os etiam amoto goſſipio conceptas particulas odoratas, potuiſſet emittere; facilè hujuſmodi ſuſpicio tollitur: Etenim corpora per ſe inodora, ſi quem odorem ab ambra, vel moſcho, vel alio odoramenti genere mutuantur, illum quidem ad aliquod tempus retinent, ſed ita ut continue imminuatur, ſenſim nimirum odoratis particulis diſſipatis, nec aliis in earum locum ſuffectis. Sed ſecus evenit in oſſe Beatę Julianæ: illius enim odor, utpotè divinitus excitatus, poſt xyli mutationem magis ſe intendit: quod quidem divino conſilio factum videtur ad illuſtrandam miraculi perſpicuitatem.

Tertio illud etiam naturæ moribus videtur alienum, quod odoratum os aquæ diutius immerſum, ſuavius, ac vehementius fragraverit: quod paſſim confirmant Teſtes §. 8. 30. 59. 72. Conſtat enim experimento flores nocturno rore madentes minus olere, donec ſolis radiis diſcuſſo humore vehementius fragrare incipiant, nimirum quia particulæ aqueæ ſulfureas volatiles comprimunt, ac prępediunt quominus deffundantur, quas poſtmodum calor commovet atque agitat.

Quarto neque illud leve eſt miraculi indicium cum enim fœmellæ odores ferre plerumque non poſſint, tanta fuit odorati hujus oſſis ſuavitas, ut omnes indiſcriminatim Sanctimoniales oblectaret, ac reficeret, ut paſſim earumdem teſtimoniis comprobatur §. 50. 77. 120. præcipuè autem §. 83., & 104, quibus binæ Sanctimoniales hoc uno odore ſe recreatas fatentur, ac dolore capitis relevatas, cum cæteris potius læderentur.

Cum itaque firmiſſimis argumentis hactenus demonſtratum ſit odorem è Beatę Julianæ oſſibus prodeuntem naturę facultatem ſuperare, nihil dubito, quin id inter reliqua Beatę Julianę miracula à Sanctitate Tua numeretur.

REVISA.

Joannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

SECVNDVM MIRACVLVM

Odoris ex improuiſo effuſi ab vna ex Coſtis B. Iulianæ. Quod pro ſecundo Miraculo proponitur.

Beatisſime Pater.

SCrupuloſè examinatam ſuperiùs Sororis Felicis Fortunatæ ægritudinem, miraculosè ſolutam fuiſſe rationibus Phyſico-Medicis luculentèr conſtare confidimus. At luculentiùs adhuc idipſum euaſit, cum, in olim patrati miraculi certiſſimum veluti argumentum, vna ex Sacri Corporis B. Iulianæ Coſtis, cuius tactui inſtantaneè conualuerat Ægrotans, prorſus antea inodora, ſuauem emittere cepit odorem, ita primùm tenuem, vt vix propiùs adſtanti ſanatæ Sanctimoniali, in cuius Cella cuſtodiebatur, ſuboleret; mox verò odor is in horas auctus longè latèque effuſus eſt, vel extra Cellæ parietes: quinimmo cum Sacra Lypſana per Cœnobij clauſtra aſportata fuerint, quà præteritum eſt ſuaueolentia vndequaque relicta diutiùs indicauit. Goſſipium porrò, quo inuoluta in lignea theca claudebatur, ipſaque theca, odore grauiter adeo imbutum eſt, vt inde eamdem ſuaueolentiam alio goſſipio facilè impertiret: *Auendo in Camera mia la Reliquia &c. (a) Auanti non aueua odore alcuno. Anzi ci è ſtata qualche Monaca, che ha detto, che aueſſe vn poco di tanfo. (b) Nell'eſſere auanti il mio inginocchiatoio, ſentij, che aueua vn pò di odore. (c) Il ſabato mattina ſentij, che creſceua detto odore &c. e ſentendo la Domenica, che ſeguitaua à creſcere &c. il lunedì &c. lo ſentirono ancora le altre Monache &c. doue era paſſata la Reliquia ſi ſentiua vna gran fragranza, qual fragranza era in tutta la Camera, e Cella, e ſi era diffuſa per il corridore &c. (d) Detta bambagia non ſolamente ha ritenuto detto odore, ma lo communica ad altra bambagia, che vi ſi rimette. (e)*

(a) *Summ. pag.* 91. §. 1.
(b) *Summ. pag.* 3. §. 19.
(c) *Summ. pag.* 91. §. 2.
(d) *Summ. pag.* 3. §. 45.
(e) *Summ. pag.* 92. §. 15.

Series igitur enarrati facti, cui quidem pleniorem præſtando fidem nemo dubius hærebit, omnes enim Teſtes Conteſtes vno ore idem confirmantes adamuſſim affirmant, ſeries, inquam, enarrati facti per ſe prodigium declarat; cum experientia abundè conſtet oſſa ſuapte natura nequaquam adhuc oluiſſe:

Ne

Ne tamen petentibus rationes deſint philoſophicæ, has, BEATISSIME PATER, à Phyſica deſumptas breuibus adnectimus.

Oſſa natura ſua ſponte olere non poſſunt, niſi per miraculum. Miraculum autem adhuc elucescit, ſi oſſa Cadaueris iamdiu exanimati, ideſt poſt centenorum annorum lapſum, ex improuiſo ſuaueolentia; ſenſim aucta, ac vndique demum effuſa, olere incipiant. Si ergo &c.

Aut ea ſit oſſium compoſitio, quam deſcribebant Maiores noſtri, aut quam Recentiores exponunt, naturaliter ea ſuaueolentiam emittere non poſſunt. Siquidem ſi partes ſint merè ſpermaticæ, & iuxtà Galenum (f) *ex Animantis partibus duriſſimæ, & aridiſſimæ*, maximèque terreſtres, neque ſuauiter, neque grauitèr ſponte poſſunt olere. Natura *odoris*, docente Ariſtotele (g) *Vapor quidam, & delatio eſt*, cum igitur oſſa aridiſſima, ac terreſtria ſint deferendis vaporibus deſtituuntur.

(f) *Lib. de Oſ. ad Tyron. in principio.*

(g) *Problem. ſect. 13. quæſt. 5.*

Si verò iuxta Recentiorum obſeruationes, conſurgant oſſa ex fibrarum collectione, atque iiſdem componantur partibus, quibus membranæ, præſertim tendines, & aliæ molles corporis humani partes, graueolere potiùs poſt obitum Hominis, quàm ſuaueolere debent.

Ipſe equidem in eo ſententia ſum, fibris, membranis, tubulis oſſa componi, quæ inſimul dureſcunt ob arctiorem mutuam cohæſionem, & adhærentiam. Id vel ipſa oſtendit Autopſia; oſſa quippè, quæ tactui duriſſima deinde ſeſe obiiciunt, longè iampridem molliora, ſcilicet in recenti Foetu, fuerunt, quod in Infantibus conſpicuum eſt, in quibus ſuperiora oſſa Sincipitis, vbi vulgò dicitur *la Fontanella*, priuſquàm duram induant ſubſtantiam membranaceam primò, mox cartilagineam diutiùs oſtentant. Hinc eſt, vt in iis, qui diù vixerunt, non cartilagines modò, ſed membranas ipſas oſſeas factas fuiſſe monumenta proſtant apud Rei anatomicæ Scriptores. Pereptant porrò oſſium ſubſtantiam canaliculi ſanguiferi oſſibus alendis inſeruientes, quod eſt contra Ruffi ſententiam. At hoc oſtendit experientia; rubeſcunt ſiquidem recèns natorum oſſa, & vel in adultis oſſa fracta, dum iterum coaleſcunt, tenuem ſtillare ſanguinem, cruentum quaſi ſudorem, primus obſeruauit Paræus.

Cum igitur ita ſe res habeat, ſcilicet cum oſſa eamdem ferè compoſitionem habeant, ac reliquæ ſolidæ Corporis partes, cum iſtæ, neque in Homine viuente, ſuaueoleant, neque ea ſuauem emittere valebunt odorem.

Commentitium nos prorſus credimus, vt aliàs iterum diximus, quod de Alexandro Magno narrat Normannus, tantæ ſcilicet præſtantiæ temperamentum eius extitiſſe, vt dum viueret, os & membra eiuſdem ſuauiſſimum emitterent odorem, quo tunicas eius interiores mirabilitèr complebantur; Ariſtoteles etenim ſolertiſſimus rerum naturalium Scrutator, qui cum Alexandro longam, & familiarem habuit conſuetudinem, de hac

Ale-

Alexandri ſuaueolentia nunquam mentionem facit; quinimmo Prob. libr. (*h*) inquirit: *Cur Animantium nullum ſuauiter olet, excepta Panthera, quæ etiam ipſa nonniſi beſtiis ita olet?*

(h) *Sect.* 13. *q. ſeſt.* 4.

At quicquid fuerit de hac Alexandri præexcellentia, dum in viuis erat, quoniam præſtantiæ temperamenti eiuſdem, vt idem Normannus ait, (*i*) effectus extiterit, temperamento hoc laudabili per morbum, potiſſimùm in morte, deleto, Alexandri Cadauer ſuaueolere naturaliter non potuit; debuit immo corrumpi, putreſcere, & graueolere.

(i) *De mirac. viu. ex.* 3. *p.* 21.

Oſſa igitur ſi eamdem prorſus haberent quam reliquæ partes compoſitionem, idem quoque in Hominis morte fatum ſubirent; corrumperentur ſcilicet, putreſcerent, & graueolerent. At eamdem prorſus compoſitionem non habent, nam arctiùs inſimul aptantur in oſſibus fibræ componentes, & per eorum ſubſtantiam qui feruntur tubuli, exiliſſimi quidem ſunt; duræ iccircò exurgunt, penè aridæ partes, ſubſtentacula, & fulcimentum cęterarum. His citiùs diſſolutis, ac in elementa, vt ita dicam, diſtractis, ea diutiùs ab obitu Hominis viuunt, ſolumque ſceleton, ad indicandum quod iamdiù fuimus, perenne ſupereſt monumentum.

Verùm enim verò nonnullæ fluidæ, & ſpirituoſæ multæ particulæ, in durarum, terreſtriumque poris latitantes, & præcluſæ penitiorem oſſium ſubſtantiam occupant, vt manifeſtum ſit per analyſin Chymicam. Hinc tanti fiunt in aliquibus curandis morbis, vt Epilepſia, Paralyſi &c. oſſa præſertim cranij, Hominis violenta morte perempti (k). Putant quippe, ne dicam fabulantur, quod in iis oſſibus *habitet adhuc*, vt verbis vtar Ettmulleri (*l*) *ſpiritus eorum inſitus, vna cum rore, ſiue ſpiritu influo, qui ſub morte concentrantur*; quinimmo hac eadem de cauſa muſco, ſiue vſneæ, quæ in craniis hominum ſuſpenſorum diutiùs aeri expoſitis, tenerrima plantula, ſuccreſcit, tantum virtutis tribuunt, vt videre eſt apud Helmontium, Sennertum, Boyleum, Kircherum, & alios.

(k) *Ettmull. Colleg. Pharm. in Schrod. Zoolog. Claſs.* 1. *de Homine.*

(l) *Coll. Phar. in Ludou. tit.* 19.

Quicquid autem ſit de cranij humani, eiuſque vſneæ in curandis morbis facultatibus, inſunt equidem oſſibus partes oleoſæ, ſpirituoſæ, volatiles, ſed adeo irretitæ, vt non ita facilè extricentur; extricantur autem Arte Chymica. At extricatæ cum exaltentur tantùm abeſt, quod ſuauiter oleant, vt grauiter acutè nares feriant. Nam ſiue ſpiritus ſint, ſiue ſalia volatilia, ſiue olea, quæ per ignem à cęteris partibus duris eliciuntur, grauem ſemper, vti nos abundè docet experientia, ſpirant odorem.

At diutiùs immorari, rationibus ſuadendo quod cuique per experientiam notum eſt, inopportunum, ac penè dixerim, puerile exiſtimamus: cui enim vnquam oſſa ſuauiter oluerunt? Si igitur oſſa B. Iulianæ ſuauiter oluerint id per miraculum euidentiſſimè factum declaratur.

Declaratur autem magis magiſque huius conſpicui miraculi euidentia, quod os inodorum, tercentis, & vltra ab obitu Beatæ elapſis annis, ex improuiſo olere inceperit, atque eo oluerit odore, qui neque impertitus eſt, neque potuit impertiri.

Hæc

Hæc luculentiſſimè habemus ex fideliſſima Sanctimonialium teſtium depoſitione = *Nel luogo, doue teneuo detta Reliquia non vi aueuo odori alcuni, ne meno alla mia Cella &c.* (*m*). Non igitur impertitus eſt. At neque potuit impertiri. Quis enim odor naturalis eſt, qui tenuiter primò ſponte exhalet, mox, nulla data caloris occaſione, ſiue aduentitij, ſiue fermentatiui, paulatim, & ſenſim creſcat, demum longè, latèque acutiſſimè effundatur? Acutiſſimè pluſquam muſci, pluſquam odor ambræ effundebatur; ſed qui non modo Sanctimonialibus, vt ſolent Fœminis odores, non officeret, ſed eas quam maximè reficeret, & recrearet = *Primieramente ei cagionaua vna conſolazione interna, e certa tenerezza di diuozione in odorarla. Secondariamente ei confortaua il capo, e non faceua danno ad alcuna di Noi, alle quali fa danno l'odore. Ne ſentiuamo conforto &c.* (*n*)

(m) *Summ. pag.* 93. §.18.

(n) *Summ. pag.* 94. §.32.

Hæc, BEATISSIME PATER, res quamuis ipſa loquatur, pro veritate ſcribentes, breuibus iuſſi in medium attulimus.

Alexander Paſcoli P.G.

REVISA.

Io: Zuccherinius Sub-promotor Fidei.

ANIMADVERSIONES
SVPER III. MIRACVLO.

Aſſerta inſtantanea ſanationis Dominæ Liuiæ Quarantotto de Sanis Nobilis Piſanæ à pluribus morbis quibus vnà cum aſmate pectoris excruciabatur.

ASſertum Miraculum ſecutum de menſe Iulij anno 1710. in Perſona Nobilis Mulieris Liuiæ de Sauis referri non debet, niſi ad eiuſdem Liuiæ liberationem ab aſmate, quià ab alijs morbis, quibus vexari cæperat de menſe Ianuarij eiuſdem anni, in totum remanſit libera de menſe Maij paritèr eiuſdem anni: Aſſumptum facili negocio probatur, ſi legatur depoſitio emiſſa in *proceſſu fol.*620. per Thomam Hyacinthum de Punta Medicum Curæ = *La ſera, che mi licenziai, che fù pare à me intorno alla metà del meſe di Maggio, mi diſſe, che ſtaua bene, & fol.*622. interrogatus quid iudicauerit de ſtatu dictæ Liuiæ reſpondit: *il mio giudizio fù, che ſe non ſi frenauano quei ſali ſi poteua far maggior male, e cagionarli la morte, ma coll'vſo del ſudetto bagno ceſſarono per quanto può giudicare l'arte, e mi diceua lei medeſima* (nempè ſanata).

Agendo propterea de aſſerta liberatione ab Aſmate, quo vexabatur Liuia prædicta, hæc neutiquàm reputari valet ſupernaturalis, vel quia prædicto morbo laborauit breuiſſimo tempore vti fatetur eadem ſanata *proc. fol.*388. *mi ſopraggiunſe l'aſma di petto con grand'affanno, e dolimento interno del petto, e delle viſcere cinque ò ſei giorni auanti, che io ricorreſſi alla Beata Giuliana*; Vel quia de tempore liberationis ab aſmate leuiter exagitabatur Patiens, vt colligitur ex dicto eiuſdem loco citato = *e l'iſteſſo giorno che io ricorſi &c. non era l'aſma così veemente ne mi daua gran trauaglio* = Ad eſſentiam quippè miraculi, requiritur, vt morbus ſit grauis, vt benè aduertit *Zacch. quæſt. medic. legal. lib.4. tit.1. quæſt.8. num.5.* = *Secundo requiritur, vt morbus ſit grauis, vel quia ſit cum manifeſtiſſime vitæ periculo, vel cum mala tolerantia, grauibuſque ſymptomatibus.*

Et quamuis eadem ſanata deponat morbum, quo vexari incæperat de menſe Ianuarij continuaſſe vſque ad menſem Iulij, de quo tempore ab ipſa imploratum fuit auxilium Beatæ Iulianæ *Proc. fol.* 392. ibi = *Quanto all'Infermità prendendo il principio, l'intermiſſione, & il peggioramento, che hò depoſto di ſopra, durò ſei meſi, cioè da 25. Gennaro fino à 25. di Luglio, mà l'aſma di petto era cominciata cinque ò ſei giorni auanti, che ricorreſſi all'interceſſione della Beata Giuliana, quanto all'eſſere ſtata vicino alla morte diſſe, che non può ciò deporre, mà benſì che il male era da farſi pericoloſo per eſſere già rifinita, e magra, e diuenuta gialla* = Eius tamen depoſitio nullatenùs concludere valet aſſertam morbi continuationem, vſque ad menſem Iulij, quo tempore in-

uoca-

uocata fuit Beata Iuliana , cum dicto Sanatæ reſiſtat aſſertio Medici Hyacinthi del Punta , qui ait *proc. fol.620.* , vt ſupra notatum eſt , Liuiam liberam remanſiſſe de menſe Maij à morbo , quo vexari cæperat de menſe Ianuarij , adhibito vſu balneorum .

Eoque magis Medici aſſertio reſiſtere videtur dicto Liuiæ ſanatæ , quatenùs perpendatur , quod eadem ſanata à menſe Maij vſque ad menſem Iulij de quo tempore ſecutum dicitur aſſertum Miraculum, numquam ex cauſa dicti morbi vſa eſt opera Medici *del Punta* , nec aliorum in Arte Medica Peritorum , ſi etenim morbo vexari continuaſſet eorum opera vſa fuiſſet , prout ſtatim vſa fuit opera Medici *Corazzi*, quando aſmate laborare incæpit , prout fatetur eadem Liuia *Proceſſu fol.386. ter. = Quando poi cominciai à patire d'aſma mandai per il Dottore Corazzi* .

Vel ſaltem depoſitio Liuiæ ſanatæ vnicè referenda eſt non ad continuationem malitiæ morbi , quæ ex Medici dicto , iam fuerat expulſa vſu balneorum , ſed ad continuationem palloris in vultu , & membrorum laſſitudinis , de quibus in dicta ſua depoſitione mentionem facit eadem ſanata = *Il male era da farſi pericoloſo per eſſere già riſinito, e diuenuta gialla* .

At dato , quod Sanata de menſe Iulij , quo tempore aſſertam miraculoſam ſanitatem recepit, vnà cum aſmate grauata eſſet morbo,quo menſe Ianuarij afflictari cæperat , adhuc tamen non poteſt reſponderi conſtare de miraculo, vel quia deficit in Proceſſu relatio facta , & ſcriptis data à Liuia ſanata circa aſſertam miraculoſam ſanationem, quam vidiſſe teſtatur Medicus Tilli *Proc. fol.317.* , dicta enim relatio ab hac Sacra Congregatione eſt recognoſcenda num concordet cum examine Liuiæ ne detur caſus , quod reſolutio capiatur ſuper præinſerto dubio dependenter à depoſitione ſanatæ , quæ ſit in dicto ſibimet ipſi contraria .

Vel quia deficit notitia qualitatis , & ſtatus morborum , à quibus ſupernaturalitèr , & per interceſſionem Beatæ Iulianæ , Liuia ſanata dicitur ; Si enim agatur de morbo , quo menſe Ianuarij laborare incæpit, Medicus del Punta , qui eam curauerat , dicit , vt ſupra oſtenſum fuit , quod eam circa medietatem menſis Maij ſanam reliquerat , & proptereà deponere non potuit de ijs , quæ Liuiæ ſucceſſiuè euenerunt ; Medicus vero Corazzi, ingenuè fatetur *Proc. fol.341. , & ter.* , quod ſibi penitus ignota erat natura, & qualitas morbi prædicti; Itèm ſi ſermo ſit de aſmate paritèr deficit notitia ſaltèm ſufficiens de qualitate morbi , & ſtatus eiuſdem, quandoquidem Medicus Corazzi , qui vnicè fuit vocatus à Liuia , vt eam ab aſmate liberaret , Interrogatus quod exprimat , quomodò ſciat , & vndè talis morbus proceſſerit, reſpondit : *Io sò quanto hò depoſto, perche lo ſentij da lei* (nempè à Liuia) *donde tal male proueniſſe Io non lo sò , perche non l'eſaminai ſopra le cagioni , eſſendo rimoſta ſeco di medicarla à tempo più proprio Proceſſ. fol. 341. , & tergo* , & concordat depoſitio ipſiuſmet ſanatæ, de qua *Proc. fol.386. tergo = Quando poi cominciai à patire di aſma , mandai per il Dottor Corazzi , e lui mi diſſe , che era principio d'Aſma , ma che per eſſere troppo caldo non potendoſi adoprare li medicamenti, biſognaua aſpettare à Settembre* .

Rursùs reſponderi non poteſt conſtare de miraculo, eo quia in hac aſſerta ſupernaturali ſanatione deficit inſtantaneitas , abſque eo quod Poſtulatoribus vllo pacto opitulari valeat depoſitio ſanatæ, & eius Ami-

tæ

Digitized by Google

tæ nec non Ioſephi famuli, qui dixerunt ſanationem ſecutam fuiſſe instantanee, ijs quippè plena fides non eſt tribuenda, non quidem prędictis duabus fœminis, quia eiſdem obſtat qualitas ſexus fœminini minuſque Ioſepho tanquàm famulo, & ſic vilis conditionis, potiſſimum in materia grauiſſima, qualis eſt cauſa Canonizationis, vt agendo de Teſtimonio fœminæ tradit *Diuus Thoma 2. quæſt. 70. artic. 3. in corpor.*, *& de Teſte vilis conditionis Text. in §. Sancimus in fine, Auth. de Teſt. ibiqueglos. in verbo Ignobili Bartol. conſil. 111. col. 2. in fine, Roman. conſ. 382. num. 2. verſic. Secundo quia*.

Concurrente potiſſimum vrgentiſſima ratione, quod Liuia ſanata ſtatim, & nulla interpoſita mora narraſſet aſſertam miraculoſam ſanationem, ſi veritas ita ſe habuiſſet Religioſo, qui ipſam cum Reliquia Beatæ Iulianæ ſignauerat, quod tamen non fecit, vt habetur *ex Proc. fol. 327.* = *Io voleua dire al Padre, che la ſegnò, ma non lo diſſe allora, perche ſentì certo timore adoſſo, & vna coſa come vn formicolaio per la vita* = ſicuti narrare omiſit per literam, ſeù Nuncium Marito, & Fratri ruri tùnc temporis degentibus; vt habetur *Proceſſ. fol. 395.*

Additur, quod morbus aſmatis eſt morbus de ſui natura reuerſiuus, & liberatio perfecta ab eodem non conſiſtit in liberatione quamuis instantanea ab aliquo paroxiſmo, ſed in eo, quod non obſtantibus continuatis, & antecedentibus paroxiſmis, aliquis ita liberetur vt ab illis amplius non afficiatur, vti dictum fuit in morbo epileptico in Cauſa Beatæ Hiacinthæ de Mareſcottis, cumque proceſſus confectus fuerit anno ſequenti ad ſanationem, & de continuatione non adſit probatio, infertur non ſufficere inſtantaneitatem, quatenùs etiam eſſet in facto probata.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO

Ad Animadverſiones R.mi Fidei Promotoris ſuper tertio Miraculo.

Inſtantaneæ Sanationis D. Liviæ Quarantoćto de Tanis Nobilis Piſanæ à pluribus morbis, quibus una cum Aſtmate pećtoris excruciabatur.

Beatiſſime Pater.

SUpponit Reverendiſſimus Fidei Promotor ad infringendam hujus Miraculi relevantiam, quod in præſenti ſolum poſſit haberi judicium de ſanatione Nobilis Mulieris Liviæ de Tanis ab Aſtmate; quià ab aliis morbis aſſerit, fuiſſe jampridem Sanatam arte Medica Doćtoris Hyacinti del Punta, qui eam curaverat; & aſſumptum probat ex dićto ejuſdem Doćtoris Medici del Punta *Summ.* hujus tertii Miraculi §. 76. ibi = *la ſera, che mi licenziai, che fù, pare à me, intorno alla metà del Meſe di Maggio mi diſſe, che ſtava bene*, & §. 79. ibi = *il mio giudizio fu, che ſe non ſi frenavano que' Sali, ſi poteva far maggior male, e cagionargli la morte; ma coll'uſo del ſudetto Bagno ceſſarono, per quanto può giudicare l'arte, e mi diceva lei medeſima &c.*

Verùm hæc ſuppoſitio non poteſt à nobis ullo paćto admitti; cum jure merito prætendamus, quod nobilis hæc Mulier D. Livia de Tanis per invocationem B Julianæ convaluerit, nedum ab Aſtmate, ſed etiàm, & magis, à morbis, quibus per ſeptimeſtrem vexationem laborabat. Hyſtoria enim faćti retenta, quæ in noſtra Informatione legitur §. *Primum extremum & ſeqq.* patenter liquet, quod dićta Livia, quandò invocavit B. Julianæ præſidium, aćtu patiebatur cachexiam, ut oſtendit in ſua diſſertatione, & reſponſione D. Aſſaltus, quæ à morbis ab ea recenſitis manifeſta fiebat; meliuſque hoc docuit Sanata ipſa *Summ.* §. 1. & *ſeqq.* ibi = *Il miracolo è queſto, che patendo io diverſi mali, che cagionavano in me una gran debolezza, per la quale non potevo valermi della perſona, di quando in quando pativo di qualche principio di ſvenimento, avevo quaſi perduto la viſta, potevo con difficoltà ſtare in piedi, avevo cominciato la notte del dì 19. di Luglio proſſimo paſſato à patire d'aſma &c.* & §. 10. ibi = *Io cominciai ad ammalarmi il dì 25. di Gennaro dell'Anno 1701. Piſano: enfiai per la*

 vi-

Google

vita con altri mali ; e ben vero , che cavatami ſangue guarij , ma non bene bene ; e per aſſicurarmi più , del meſe di Maggio mi fecero prendere de medicamenti , e peggiorai , e mi riduſſi nello ſtato da me ſopra depoſto , & §. 14. ibi = *Del meſe di Maggio , che come hò detto di ſopra , cominciai a peggiorare , e ſempre andai di peggio in peggio , e però non volſi più rimedj &c.* Idemque repetit §. 18. 19. & 21. & Teſtis XIX. Frater Sanatæ §. 38. inquit ibi = *Io ſo che hà fatto un miracolo a favore della mia Sorella &c. perche detta mia ſorella era ammalata , era inabile al moto , & aveva una grand'anza ſul petto ; e perche notti avanti , che ci partiſſimo , aveva avuto un' oppreſſione di reſpiro con timore , che daſſe in un' aſma , e ſentiva un conſumamento interno , che la faceva temere d'avere a durar poco &c.* & §. 44. ibi = *Conſiſteva la ſua infermità , come hò detto di ſopra in affanno , impedimento di reſpiro , conſumamento interno , e qualche giorno avanti ebbe un travaglio , che dagli effetti poteva crederſi principio di aſma &c. conſiſteva parimente detta ſua infermità in debolezza di forze , eſtenuazione nel volto , ridotto ad aver la pelle quaſi in carta &c.* & §. 53. ibi = *Io non ſo preciſamente il tempo , nel quale cominciò detto ſuo male ; poſſo ben dire , che all'ultimo di Maggio cominciò a medicarſi &c.* & Teſtis XXVI. D. Medicus Hyacintus del Punta §. 72. ibi = *Avevo un' effloreſcenza di ſali alla cute nel viſo , collo , e bocca , e petto , e li cagionavano veſighine in dette parti con vertigini , con ſete ineſtinguibile , & appetito quaſi che abolito ; e di queſto male l'hò medicata intorno al principio di Maggio dell' anno paſſato &c. , e la licenziai intorno a mezzo Maggio , perche era guarita , o almeno me lo diceva &c.* & §. 79. ibi = *Il mio giudizio fu , che ſe non ſi frenavano quei ſali , ſi poteva far maggior male , e cagionarli la morte &c.* & Teſtis XIII. Famulus dictæ Sanatæ §. 90. ibi = *Erano da ſette meſi , che pativa diverſi mali , & aveva robba ſul petto , per la quale diceva ſentirſi conſumare a poco a poco , & era ridotta in un ſtato miſerabile , & i Medici particolarmente il Doctor Giacinto del Punta diſſe , che ſe non li faceva buono un bagno , non ſapeva coſa più ordinarli : lo fece , e più toſto peggiorò &c.* & §. 97. ibi = *Lo ſo perche la vedevo andar peggio ; un giorno dell' altro &c.* & §. 101. *Detto male era durato ſette meſi in circa , & i rimedj erano ſtati cavarli ſangue , prendere delle medicine per bocca ; ma non ſo quali , perche mi davano ſolamente le polize , & andavo a prendere dallo Speziale , & una volta gli ordinarono ; ma non potè finirli , perche non puotè reggere , e detti rimedj non li giovarono , perche andava ſempre di male in peggio &c.* & §. 107. ibi = *Erano ſette meſi , che pativa di detti mali ; ma nello ſtato miſerabile , che hò ſopra depoſto , erano due meſi , che ci ſi ritrovava &c.* & §. 109. ibi = *Io ſo che li cavarono ſangue , li fecero prendere molti medicamenti per bocca &c. e ben vero , che ſtava ſempre peggio &c. e la Signora l'hò ſentita dire più volte , che ſi conoſceva mortale , ed era apparecchiatiſſima a morire &c.* & Teſtis XVI. Amita Sanata §. 159. ibi = *Eſſendo Ella ammalata , e patendo di varj mali , come d'aſma , riſinita , ſenza forze per una malattia di ſette meſi di modo che li Medici l'avevano fatta ſpedita &c.* & §. 164. ibi = *Io ſo che queſta ultima malatia li durò ſette meſi , quattro dei quali in circa la viddi io medeſima , cioè dal dì 19. Marzo , ſino al dì 25. Luglio , e per tre meſi avanti ſentij dire dalla medeſima , che era ſtata malata in Villa &c. e la ſua infermità era d'aſma di petto , e di altri mali , che la conſumavano a poco a poco , e non poteva lavorare , ne ſcrivere , ne leggere , ne fare coſa alcuna , & aveva quaſi perduta la viſta , io vedevo , che*

ſta-

ſtava male , perche andava ſempre più conſumandoſi , & il Medico Giacinto del Punta mi diſſe , che la guardaſſi , perche un' accidente l'avrebbe portata via &c. & Teſtis denique XVII. Vit Sanatæ §. 188. ibi = *L'hò veduta inferma , per lo ſpazio di ſei in ſette meſi , pativa di varj mali , dolori di teſta , qualche volta aſma , aveva una gran debolezza , non poteva cibarſi , ne far coſa alcuna , di modo che il Signor Dottor Giacinto del Punta Medico li diſſe , che difficilmente ſarebbe paſſata il meſe di Agoſto , ſe non migliorava &c.* idemque repetit §. 194. & 197.

Itaque veritas eſt quod hæc D.Livia deTanis curata àDoctore del Pũta, initio Menſis Maii fuit à Medico derelicta , quià illi ſana videbatur ; ſed vix aliquibus elapſis diebus , non ſolùm fuit eiſdem morbis oppreſſa ; ſed etiam intentius , & fortiùs : & circam finem prædicti Menſis cœpit dietim ire in pejus uſque ad diem 19. Iulii , quandò cœteris morbis ſuperadditus eſt Aſtma ; Undè , ut ab omnibus liberaretur , recurrit ad interceſſionem B. Julianæ , à qua gratiam ſanationis obtinuit , ut oſtenditur in noſtra informatione §. *Recurſus* , & *ſequen.* Totum hoc probant Teſtes hactenus relati , & ex eis patet , quod Invocatio B. Julianæ non fuit habita à noſtra Sanata , præcisè ad obtinendam ſanationem ab Aſtmate ; ſed etiam ad eam impetrandam ab omnibus morbis , quos Ægra uſque ad illud tempus paſſa erat .

Quomodò autem Medicus del Punta aſſerverit , loco à Rmo Fidei Promotore allegato , quod peracta cura ab initio mali Ægra convaluerit , facilè intelligitur , & Teſtes cœteri conciliantur ; Etenim ipſamet Sanata , ubi ſupra fatetur , quod aliquando convaluit = ibi = *E ben vero , che cavatami ſangue guarij , ma non bene bene .* Sed poſt uſum medicamentorum iterum ægrotare cœpit , & ſane pejoribus ſymptomatibus ibi = *Del meſe di Maggio mi fecero prendere de' medicamenti , e peggiorai , e mi ridußi nello ſtato da me ſopra depoſto .* Benè igitur dixit Doctor del Punta , ægrotam meliùs ſe habuiſſe , hoc eſt circa medietatem menſis Maii , & hoc fatetur Sanata ipſa , quæ etiam verum aſſerit , cum dicit , ſe in pejus morbi iviſſe , intelligi enim debet , poſt Maii medietatem , & poſtquàm non fuit ampliùs viſitata à Medico del Punta , qui aſſerit eam reliquiſſe circa menſem Maii §. 73. ibi = *Di queſto male l' hò medicata intorno al meſe di Maggio dell' anno paſſato &c. e la licenziai intorno a mezzo maggio* : Et quod per uſum medicamentorum Ægra pejùs ægrotaverit nihil contrarietatis involuit ; non eſt enim novum , quod infirmus per aliquod medicum remedium levari incipiat , & quod poſteà iterùm morbus recrudeſcat magis ; & cum effectu ita contigit Sanatæ noſtræ , ut ex ejus depoſitione colligitur .

Nec eſt ſine myſterio prætereundum , quod Medicus del Punta dixerit , Ægram , vel reverà convaluiſſe , vel ſaltem ipſam ità ſibi aſſeruiſſe , ibi = *E la licenziai intorno a mezzo maggio , perche era guarita , o almeno me lo diceva .* Quod in ſubſtantia eſt idem ac dicere , quod , vel Ægra convaluit , vel quod ipſa ſe convaluiſſe aſſeruit , & conſequentèr dictum Medici , non eſt abſolutum , ſed relativum ad dictum Sanatæ , alioquin dìxiſſet , Ægram fuiſſe ſanatam , nec addidiſſet ultrà , *O almeno me lo diceva .* Hocque eſt adeo verum , quod interrogatus Medicus à Judicibus remiſſorialibus in Cauſa Scientiæ reſpondit §. 76. *Quanto all' appetito , ſete , e vertigine me lo diſſe lei ; Quanto alla ceſſazione di detta efflorescenza per averla veduta , la ſera , che mi licen-*

ziai, che fu pare a me intorno alla metà del meſe di Maggio, cucire, e perche mi diſſe, che ſtava bene. Nihil ergo depoſuit Medicus de propria ſcientia, ſed totum de auditu à Sanata; Hæc autem ſatis ſe expreſſit dicens = *guarij, ma non bene bene*: Hoc eſt, circa medietatem Maii, & poſtea rursùs inſeviit Morbus, ut ex teſtimonio ipſiuſmet Sanatæ, Viri, Fratris, Amitæ, & Famuli, hactenùs viſum eſt Hoc igitur miraculum non debet unice referri ad liberationem ab Aſtmate, ut prætendit Rm̃us Fidei Promotor, ſed etiam, & maxime ad liberationem ab omnibus aliis morbis, de quibus ſuprà.

Superfluum itaque eſt reſpondere ad id, quod ſecundo loco opponit idem Rm̃us Fidei Promoter §. *Agendo propterea & ſequen.* Nempè, quod ex parte primi extremi deſit requiſita gravitas morbi, proùt exigitur ad effectum de quo agitur. Nàm oppoſitio procedit ſub ea dumtaxàt hypotheſi, quod liberatio ſit facta ſolùm ab Aſtmate, & quod tempore invocationis Sanata jàm convaluerit ab omnibus aliis morbis, cujus tamen ſuppoſitionis inſubſiſtentiam hactenùs demonſtravimus; Nec enim Rm̃us Fidei Promotor refragabitur, quod ſemèl ac firmetur, vèl antiquos morbos recruduiſſe, vèl eorum contumaciam perſeveraſſe, ſanatio ab illis ſecuta inſtantaneè, & abſque ope naturæ, aut artis, præviaque B. Julianæ invocatione adſcribi debeat miraculo.

Et enim horum morborum gravitas ad evidentiam oſtenditur à D. Aſſalti in ſua Phiſica diſſertatione ad opportunitatem pro hoc tertio miraculo. Oſtenditur etiàm à Teſtibus ſuprà allegatis, & denique ab ipſomet Medico del Punta, dùm §. 79. inquit ibi = *Il mio giudizio fu, che ſe non ſi frenavano quei ſali ſi poteva fare maggior male, eaggionarli la morte*. Conſtito autèm de morbi gravitate, fruſtra, exigitur, quod iſte fuerit graviſſimus, & cum proximo mortis diſcrimine; Febris enim [præſcindendo etiam à maxima ejus intentione] non eſt morbus graviſſimus, nec proximum infert interitum; & tamen ſi fiat inſtantanea ſanatio à febri cum debitis circumſtantiis, non ſolet dubitari de gravitate morbi ad effectum canonizandi ſanationem inſtantaneam pro miraculoſa *Matt. de Can. SS. par.* 4. *cap.* 8. *num.*3., igitur etiamſi morbi, quibus affictabatur dicta Livia de Tanis non eſſent graviſſimi, dummodo fuerint graves, hoc ſufficit ad effectum, de quo agitur.

Nec fiat difficultas in eo, quod Medicus del Punta, poſtquàm Infirmam dimiſerat, eam ampliùs non viſitaverit, quaſi quod inferri debeat ex hoc, Ægram perfectè viribus medicæ Artis convaluiſſe. Hæc enìm difficultas nullius ponderis eſt, cum oppoſitum ſit verius; Medicus enìm perſpicuè rationem reddidit, quarè Infirmam omninò deſtiterit viſitare *Summ.* §. 78. ibi = *mi mandò à chiamare & io andato à Caſa, ſentendo, ch'era uſcita fuori in Caleſſe per andare à Caſa del Fratello, non ci ritornai più, perche ebbi neceſſità d'andare in Villa, e mi trattenni molto tempo fuorì di Piſa*: *& infrà* ibi = *io non vi ritornai, perche aſpettavo, che mi mandaſſe à chiamare, perche mi ſupponevo, che aveſſe mandato à chiamare altri Medici, e di poi ſentii, che aveva avuta la Grazia*; Non ergò eam viſitare omiſit, quià Sanam credidit, ſed quià fuit ſuis ab occupationibus præpeditus, & quia Infirmam alterius Medici arte uti exiſtimavit.

Quarèautèm Sanata noſtra licèt à pertinacibus ſuis morbis tàm acriter vexaretur, uti ampliùs noluerit opera, & arte Doctoris del Punta,

aut

aut alterius Profeſſoris, ipſamet ratinoem aſſignat §. 14. ibi = *dal Meſe di Maggio, che come hò detto di ſopra, cominciai à peggiorare, e ſempre andai di peggio in peggio, e pero non volſi più rimedii*, S. 19. ubi interrogata de Medici ſententia reſpondit ibi = *Mi conſigliò à laſciare li Bagni, non mi diſſe altro, ed io non ne cercai più; Avevo meſſo l'animo in pace, & a tutt'altro penſavo fuori, che à campare, ſtavo male &c.*, & tandèm §. 21. Interrogata, quarè non adhibuerit amplius Medicos reſpondit ibi = *Perche vedendo, che li medicamenti non giovavano, m'era venuta à noja, e non ne volſi ſaper altro, e mi rimeſi al voler di Dio, ed il Medico doppo avermi detto, che diſmetteſſi li Bagni, non ci tornò più, ne io lo mandai à chiamare &c.*, Morbus igitur D. Liviæ de Tanis perſeveravit uſque ad diem 25. Iulii ſecutæ ſanationis in illa eadem acerbitate, in qua fuerat de Menſe Januarii, immò, & in ſtatu longè pejori, ut Sanata ipſa, & cæteri Teſtes aſſirmant. Quo ſtante parum refert, quod eadem Sanata dixerit loco cit. à Reverendiſſimo Promotore, hoc eſt §. 33. = *Che il male era da farſi pericoloſo per eſſere già riſinita, e divenuta gialla*; Statum enim ſuum ipſamet Sanata (ſi ei credere velimus) pluſquàm abundè ſupra deſcripſerat, ut, & nos recognovimus. Hic autem reſpondit, adducendo rationem, quarè periculum mortis ſibi crederet imminere; quià ſcilicèt ſtante pertinacia morbi, cum jàm eſſet = *riſinita, e divenuta gialla* [quæ ſunt ſigna Cachexiæ confirmatæ] periculum proximæ mortis ſibi imminere ſentiebat.

Neque hoc periculum poterat Sanata utcumque diſſimulare, quià Medicus cum ipſa, & cum cæteris quoque Domeſticis fuerat pluries proteſtatus, quod Ægra Auguſti finem non vidiſſet, niſi vis Morbi remitteretur, & paritèr, quod fortaſſe ab Apoplexia correpta ſtatim obiiſſet, & demùm, quod ſi uſus Balnei non prodeſſet, jàm ipſe neſciebat, quod remedii ultra adhiberet pro illius ſanatione §. 4. 12. 16. 49. 90. 91. 102. 104. 166. 148. 188. 189., & 194.; Cumque morbi vis non ſolùm remiſſa non fuerit, ſed potiùs adaucta, ut conſtat ex ſupra allegatis §. *verùm hæc*. Sequitur, quod Sanata ſtatum ſuum diſſimulari non poterat, adeoque verborum prædictorum ſenſus non eſt ille, quem credidit Reverendiſſimus Fidei Promotor, videlicèt, quod ex morbis antiquis in Ægra remanſerint dumtaxàt pallor, & emaciatio; ſed longè alius, nempè; quod, ut mox enunciavimus ſtante pertinacia Morborum antiquorum = *il male era per farſi pericoloſo, perche era riſinita, e divenuta gialla*, quæ ſunt proximi interitus infauſta indicia, & cum toto ſanè fundamento, hoc ſibi noſtra Infirma præſagiebat infortunium. Quandoquidem novum Sympthoma, quod ei Aſtmatis ſupervenit, nihil melius indicabat, ut oſtendit D. Aſſaltus in ſua diſertatione ſuper hoc tertio miraculo.

Accedit, quod Sanata noſtra in ea die, qua acceſſit ad Eccleſiam S. Antonii, Beatæ Iulianæ opem imploratura, erat in pejori ſtatu, non quidem propter Aſtmatis morbum, ſed propter atiquum Cachexiæ habitum omnium aliorum morborum fontem *Summ.* §. 25. ibi = *ed il giorno iſteſſo, che ricorſi ero riſinita bene &c.*

Nec recurri poteſt ad Balneorum uſum, quaſi, quod tantum ex ipſis Infirma utilitatem reportaverit, ut potuerit poſtea ab omnibus malis illicò, & inſtantaneè liberari; Quià præterquamquod nec natura, nec ars medica in iſtanti operantur, conſtat evidenter ex Teſtibus quod uſus Balneorum, non ſolùm non profuit, ſed potius infirmæ pre-

judi-

Digitized by Google

judicaverit, ità & talitèr, quod oportuerit ab illis ceſſare; Teſtis XVIII. Sanata §. 14 16.18., ubi interrogata an uſus Balneorum profecerit, reſpondit ibi = *Non mi fecero altro giovamento, che ammollire le Carni, quali per la mancanza dell'umido s'inaridivano, ma non giovando alla Cauſa interna del male, biſognò, che li laſciaſſi di conſiglio del medeſimo Medico Punta &c.*, & Teſtis 19. Frater. Sanatæ §. 54. ibi = *e ſe bene in principio pareva, che riceveſſe qualche giorno ſollievo da detti Bagni, fu però neceſſario dopo undici, ò dodici giorni diſmetterli, perche gli facevano danno &c.* & §. 65. ibi = *E ben vero però, che gli ultimi remedj, ch'eſſo ordinò, furono li Bagni, e queſti convenne diſmetterli, perche li facevano male &c.* Teſtis 36. Medicus Curæ §. 77. ibi = *Il Bagno era emolliente &c. e glielo feci laſciare, perche gli caggionava qualche languidezza nello Stomaco &c.* Teſti 13. Famulus Sanatæ §. 91. = ibi, *& i Medici, particolarmente il D. Giacinto del Punta diſſe, che ſe non li faceva buono un Bagno, non ſapeva più, che ordinargli; lo fece, e più toſto peggiorò*, idemque aſſerit §. 103., & Teſtis 21. Amita Sanatæ §. 167. *& ſequen.* ibi = *li fecero de' Bagni, e perche ogni volta vi ſi ſveniva, biſognò diſmettere ancor queſti, e non ſapendo più, che farſi, il Medico Punta l'abbandonò, e ſtimò detto male incurabile. &c.* Idemque tandèm depoſuit Teſtis 17. Maritus Sanatæ §. 192.

Itaque ſi neque à Balneis, neque ab aliis remediis Sanàta reportavit utilitatem, & uſque ad diem ſecutæ ſanationis fuit ab antiquis Morbis afflicta, cum ſuperadditione Aſtmatis, ſufficientèr conſtare videtur de gravitate morbi, tùm ex dicto Medici Curæ, tùm ex ponderationibus phyſicis D. Aſſalti; tùm deniquè ex cæteris Teſtibus datis in *Summ.* pro hoc Miraculo; & conſequenter ſublata remanet omnis difficultas Reverendiſſimi Fidei Promotoris, ſuper hoc puncto excitata.

Neque demùm retardari valet favorabilis reſolutio, ex quo D. Livia de Tanis, ut aſſeritur, aliquam ſcripſerit relationem circa prædictam ſuam ſanationem, quæ, ut inquit Reverendiſſimus Fidei Promotor, cum in proceſſu deficiat, nec proindè poſſit ab hac Sacra Congregatione recognoſci, an concordet cum examine *Liviæ*, ſequitur, quod hæc Sacra Congregatio non valeat reſolutionem aliquam capere. Non inquam ex hoc retardari valet reſolutio favorabilis pro noſtro Miraculo; quandoquidem ex Proc. loc. cit. ſolùm habetur, quod D. Livia ſcripſerit, & dederit quamdam epiſtolam ad Patrem Garbi Ord. Servor. B. M. V., in qua aſſeruit ſe ſanatam miraculosè per interceſſionem Beatæ Julianæ. Ità, & nihil plus habetur in *Summ.* §. 228. ibi = *Noi, cioè il Dottor Galleni, Fabretti, ed io Medici prattici, la giudicammo miraculoſa, & hò veduto una lettera della medeſima Signora Tani Quarantotto diretta al Padre Maeſtro Garbi, che ancor lei la giudica miracoloſa, e sò, che l'attribuiſce all'interceſſione della Beata Giuliana, perche in detta lettera la medeſima Signora ſi dichiara, che la riconoſce da lei.* In Cauſa ſcientiæ *per aver ſentito detti Medici, e detta lettera, e per le raggioni ſopraddotte &c.* Hæc autèm Epiſtola non oportet ut recognoſcatur a Sacra Congregatione, alioquin cum in ſingulis Sanationibus miraculoſis regulariter contingat dari, vèl à Sanatis, vèl à Teſtibus examinatis, epiſtolas aliquas, eſſet prorsùs abire in infinitum, ſi omnes hujuſmodi Epiſtolæ deberent inſeri in proceſſibus Apoſtolicis; ad hoc ut recognoſci poſſent à Sacra

Con-

Digitized by Google

Congregatione. Maximè quià jàm habemus à Teſte hoc Apoſtolico, nempe à Medico Tilli, quid ea epiſtola contineret; nempè, quod Sanata ſuam ſanationem judicaverit miraculoſam, ut conſtat ex verbis ipſius mox relatis. Cumque idipſum Sanata depoſuerit ſub juramento in proceſſu Apoſtolico, jàm non eſt ampliùs neceſſarium, ut prędicta Epiſtola ulteriori ſubjiciatur examini, cum nec poſſit dari Caſus ille, quem timet Reverendiſſimus Fidei Promotor, quod ab Sacra Congregatione capiatur aliqua reſolutio ſuper præinſerto dubio dependenter à Sanatæ depoſitione, quæ ſit in dicto ſibimetipſi contraria.

Quæ cum ità ſint ſupervacaneum videtur recurrere ad defectum juſtanſtaneitatis requiſitæ in miraculis tertii generis, cujuſmodi eſt iſte. De hac enim iſtantaneitate dubitari non valet, cum tres Teſtes de viſu de ea concorditer deponant; Sanata videlicèt ipſa, & ejus Amita, & denique Famulus. Quibus accedunt etiam duo alii Teſtes Frater nimirum, & Vir Sanatæ, qui non quidem ea die, ſed una ex ſequentibus, redeuntes Rure, infirmam omninò invenerunt, & de viſu depoſuerunt in proceſſu Apoſtolico *Summ.* §.36., & 40. ibi = *ci partimmo come ſopra laſciatola in queſto ſtato il Signor Cavaliere ſuo Marito, & io ritornati la ritrovammo libera da tutti i mali &c.* & §. 185. ubi interrogatus Vir Sanatæ de Cauſa Scientiæ Reſpondit ibi = *In quanto al male, che pativa, perch'era mia Moglie, & in quanto all'eſſer guarita, perche eſſendo tornato due giorni doppo il ſopradetto giorno di S. Giacomo inſieme con il Signor Franceſco Quarantotto mio Cognato e ſuo Fratello, ci venne incontro alla Scala, e ci diſſe, ch'era guarita &c.* Patet autèm quod ſufficienter probatur inſtantanea ſanatio per tres Teſtes de viſu,& de facto proprio reſpectivè, & per duos alios pariter de viſu, licèt non pro eodem inſtanti, ultra tot alios de auditu *Bald. conſ.* 136. *n*.5.*lib*.2. *Cranett. conſ.6.n.66. Antonell. de temp. legal.lib.1. cap.69.n.24. Rot. Deciſ.247.n.6.coram Gregor.*, & alibi paſſim *Bordon. de mir.medit.32.n.3.*

Et ex his ceſſat alia difficultas relevata paritèr à Reverendiſſimo Fidei Promotore eodem §. *Rursùs*, quod ſcilicet Famulus Sanatæ, qui eſt unus ex dictis tribus Teſtibus de viſu ſit Teſtis vilis conditionis, cui proinde fidere non debemus in materia hac graviſſima, quæ concernit Canonizationem Sanctorum; & quod reliquæ duæ Teſtes de viſu ſint Fæminæ, quarum teſtimonium ſemper pro incerto habitum eſt. Ceſſat inquam hęc difficultas, tùm quia ex ſupra pręjactis hi tres Teſtes de viſu ſunt pluſquam ſufficienter adminiculati ex depoſitionibus Viri, & Fratris Sanatę; Tùm etiàm quià quemadmodum fideles inventi ſunt in expreſſione morborum D. Liviæ; Ità, & fideles prę ſumere eos omninò debemus in probatione ſanationis illius; Tùm denique, quià nec Famuli, nec Fęminę arceri debent ab hoc judicio, quantumvis graviſſimo, dummodò aliàs de jure arceri non debeant, alioquin nimis difficultatis adderetur ad probandas ſanationes miraculoſas, quę ut ſufficienter dicantur probata, ſatis eſt, ſi Teſtes legalibus exceptionibus non ſint obnoxii *Lezzan.oper.mor.tom.4.conſult.1. ſub.n.209.cum ſeqq.*

Proùt ceſſare debet alia quoque reflexio, quam ſubdit Reverendiſſimus Promotor Fidei §. *Concurrente*, quod videlicèt, ſi Sanata ſtatim convaluiſſet à morbo, ſtatim ſanationem ſuam revelaſſet Patri Morellio, à quo fuit ipſi applicata Sacra Beatæ Iulianę Reliquia, & rurſùs

sùs eiſdem ſanationi ſuę notitiam communicaſſet Marito , & Fratri ruri degentibus . Quantum enim ad primum reſponſio eſt edęquata , quod non erat neceſſe , ut Sanata ſationem ſuam illicò prędicto Padre Morellio revelaret , ſivè quià in ea ſubita rerum mutatione, omninò fortaſſe certa non erat , an levamen illud , quod tunc ſentiebat , eſſet ne reale , an apprehenſum , ac duraturum : ſive ex quo timore quodam correpta fuit , qui in repentinis , quę accidunt rebus , ſolet intervenire , ut Teſtis de viſu depoſuit §. 93. ibi = *lo voleva dire al Padre , che la ſegnò , mà non lo diſſe allora , perche ſentì certo timore addoſſo , & una coſa , come un formicolajo per la vita* . Quantum verò ad ſecundum ; cum Sanata noſtra adventum Mariti , & Fratris prętolaretur , non fuit neceſſe , ut eos ſtatim admoneret de ſubita ſua ſanatione , ſatiſque profectò fuit , ſi cum eos [biduo poſt redeuntes] vidit ſalutem propriam lętabunda nunciaret §. 185. = *ci venne incontro alla Scala , e ci diſſe , che era guarita* . Pręſertim quià cum Cachexię morbus , quo laborabat Livia de ſui natura contumax ſit , nec ſtatim , nec per triduum , nec per octiduum pelli poterat viribus naturę , aut medicę artis , & proinde ſatis eſſet ad effectum , de quo agitur , quod ex Teſtimonio dictorum Mariti , & Fratris Sanatę eſſemus (proùs de facto ſumus) certi de Livię ſanatione , dici poſſit inſtantanea , & reduci ad miraculum tertii generis .

Ad ultimum deniquè additamentum Reverendiſſimi Fidei Promotoris libenter aſſentimur , morbum Aſtmatis eſſe de ſui natura reverſivum : ſed cum jàm ſupra probatum ſit , quod ſanatio Livię de Tanis facta fuerit à morbis antiquis , & non ſolùm ab Aſtmate ; cum Cachexię morbus non ſit reverſivus , & de ſanatione illius jàm plenè conſtet , ſupervacaneum videtur ultra coarctari ſuper duratione ſanitatis ejuſdem Livię .

Quare &ç.

RESPONSIONES
AD ANIMADVERSIONES
Super tertio Miraculo.

Beatiſſime Pater.

RAtiones, quæ hic afferuntur depromptæ ſunt ex teſtimonio Medici Hyacinthi del Punta, ex quo tamquam ex arce quadam Reverendiſſimus Promotor, veluti conjectis argumentorum telis tertium hoc miraculum evertere conatur, quaque propterea dejecta cætera corruant neceſſe eſt. Reſponſionem igitur bipartitam opponam: ac primo prędicti Medici teſtimonium generatim convellere, ac repudiare ſtudebo; deindè vero argumentis exinde ductis ſigillatim reſpondebo.

Aſſerit autem Medicus del Punta, Liviam Quarantotto circa dimidium Menſis Maji bene ſe habentem ex adhibitis remediis, & balneo dimiſiſſe: unde Reverendiſſimus Fidei Promotor infert nobilem mulierem curatam fuiſſe, atque immunem, eo morbo omnibuſque ſymptomatis, quibus ab initio laboraverat. Adverſus hujuſmodi aſſertum, ſtrictim, ac ſummatim argumenta percurram, quæ ex jure proficiſcuntur, quæque fuſius, atque autoritatibus munita cauſæ Patronus exponet, neque ego attigiſſem, niſi cum phyſicis rationibus ita cohærerent, ut ab illis ſejungi nequaquam poſſint.

Primum itaque licet perito credendum ſit, nihilominus, quæ Medicus del Punta teſtatur, non ex medicinæ peritia, aut ex ſignis propriç artis hauſit, ſed ex ipſius ægrotę verbis: quemadmodum ex ipſius aſſerto apparet S. 73 *perche era guarita, ò almeno me lo diceva*, & S. 76. *Mi diſſe che ſtava bene*: Non enim ſymptomata erant hujuſmodi, ut externis indiciis ſe proderent, quippè vertigine, capitis dolore, oculorum infirmitate, virium languore tenebatur, quæ moleſtiam evidentem inferunt ęgrotanti, occultam vero Medico. Secundo ſi prędicta verba appoſite intelligantur non videntur pugnare cum ipſius ægrotæ teſtimonio. Ea enim eſt Medici ſententia, ut benè valere dictam Liviam quantum ex ipſa acceperat exiſtimaverit. Potuit autem ęgrota cum id Medico reſpondit nullam morbi moleſtiam ſentire, licet poſtmodum iiſdem ſymptomatis, ut inferius probabitur, fuerint conflictata; nã dicta ſymptomata ejuſmodi erant naturę, ut per intervalla, non autem perpetuo urgerent: cujuſmodi eſt vertigo, capitis dolor &c. Quare verborum, quibus Medicus utitur ſenſus, ad ægrotæ ſenſum accommodandus; huic enim innititur.

Tertio veriſimilius eſt, immo certum ut demonſtrabitur inferius, morbum ab initio uſque ad Beatę Julianę invocationem viguiſſe; quam-

re,

remediis adhibitis menſe Majo evanuiſſe, quare etiamſi Medici meus alio trahatur à Liviç teſtimonio, ſemper ipſi Liviç aliiſque teſtibus magis credendum, utpote veriſimiliora dicentibus.

Quarto ęgrotę major fides adhibenda, utpotè de facto proprio teſtificanti, quam Medico ex auditu.

Quinto ęgrotę teſtimonium denique pręferendum, quod ab aliis Teſtibus comprobatur.

His breviter percurſis venio nunc ad phyſicas rationes, quę ex morbi hiſtoria, ac natura unice ſunt repetendę: de qua licet ſatis multa dicta ſint in diſſertatione ſuper hoc tertio miraculo; operę pretium duxi quędam hic perſtringere, quo clarius res demonſtretur, ſigna autem, ac ſymptomata recenſentur à teſtibus hujuſmodi: pallidus faciei color, puſtulę cutim aſperantes, corporis tumor ab initio in extremo maraſmus, ſeu ſumma macies, vertigines, animę defectiones, virium imbecillitas, oculorum infirmitas, ſitis inextinguibilis, mœror, ac denique aſthma; quę omnia tam apte Cachexię, ſeu tabi congruere in prædicta diſſertatione demonſtratum eſt, ut in hoc tempus terendum non exiſtimem. Pręterea Cachexiam conſiſtere in omnium humorum craſi, ſeu conſtitutione depravata, ibidem fuſius explicatum: Denique Cachexiam hanc graviſſimam fuiſſe in ſuo genere, contumacem, diuturnam, ac curatu perdifficilem ex eadem diſſertatione manifeſto liquet.

Ex horum aſſumptione proficiſcor nunc ad ſingulas Reverendiſſimi Promotoris animadverſiones. Primo autem ſtatuit aſthma dictæ Liviæ ſuperiori morbo remediorum ope jam liberatæ, novum, ac leve malum incidiſſe. Adverſus quam refero, nec priorem morbum fuiſſe ſublatum, neque aſthma fuiſſe morbum primarium, ſed Cachexiæ; non modo lenitæ, ſed gravioris ſymptoma. Pręterquamquod enim idem aſthma ſupervenit vigente adhuc Cachexia, ex ipſius ægrotæ, ejuſque viri teſtimonis in diſſertatione relatis quis, etſi mediocriter in re medica verſatus, ſi ægrotus ei proponeretur, qui Cachexia, qua prædicta Livia per quinque menſes, iiſdemque ſymptomatis laboraſſet, quamvis pleraque ex iis per aliquod tempus, veluti factis induciis quieviſſent, aſthma ſuperveniens, non judicaret ad dictam Cachexiam eſſe referendum? Quantam enim cum Cachexia cognationem habeat aſthma, quam facile, quaque ratione ex ipſa gignatur, jam ſatis in diſſertatione explicavimus. Medici verò prudentiam, ſummopere requirerem, qui morbum chronicum, difficilem ac contumacem, Cachexiam pręſertim, ex eo quod ſymptomata per aliquot dies evanuiſſent, jam pęnitus devictum judicaret, novumque ſymptoma, eidem affine, ac proprium alio traheret.

Secundo contendit ægrotam levi tantum, ac minimè diuturno aſthmate convaluiſſe, quod ipſius naturæ viribus contingere potuiſſe exiſtimat. Hoc argumentum ex ſuperiori reſponſione ſatis refellitur, cum Livia de Saniſ non aſthmate tantum ſimplici, ſed Cachexia laboraverit: Ipſum autem aſthma non leve, ſed graviſſimum fuiſſe in diſſertatione oſtenſum eſt, utpote quod ad tertium poſtremumque gradum, orthopnœam nimirum ſe intenderit. Neque vero ex eo quod, quo die ęgrota cōvaluit invocato Beatę Julianę auxilio mitius ab aſthmate fuerit oppreſſa, quemadmodùm ipſa refert levius malum dicendum eſt. Ejuſmodi enim eſt hujus morbi natura, ut identidem ſe intendat, ac remittat; noctu ſiquidem vehementius ſævit, inter-

diu

Digitized by Google

diu autem miteſcit, ac lenitur, quemadmodùm Medici omnes docent, interquos Etmullerus: (*a*) Nihil propterea mirum ſi mane leniori aſthmete laboraverit.

(a) *Colleg. Pract. Cap. 2. art. 1.*

Tertio Liviæ teſtimonio opponit prædictum aſſertum medici del Punta Verum ex ſuperius expoſitis manifeſto conſtat pluribus nominibus Ægrotæ magis credendum, quam dicto Medico.

Quarto morbum omninò fuiſſe depulſum ex eo colligit, quod Medicum del Punta ſemel dimiſſum non ampliùs arceſſiverit, nec ejus opera uſa fuerit. Cur eum vocaret, qui inops conſilii inutilia omnia remedia in curatione prędictę Liviæ expertus fuiſſet, nec ſciret quo ampliùs ſe verteret, ac propterea ęgrotam tanquã depoſitam omninò reliquiſſet? ut ipſa teſtatur §. 7. *Il di 29. Giugno antecedente mi fece laſciare i bagni, che mi haveva ordinato, perche mi facevano più taſto male, e mi haveva detto poco tempo avanti, che ſe non mi aveſſero fatto buono queſti, non ſarei paſſata il meſe d' Agoſto, che non ſapeva più, che farmi*: idemque confirmat ejus vir §. 189. *E lo ſtimava un gran male, perchè con l'arte medica non poteva arrivare à guarirlo*: Quamobrem ęgrota abjecta, atque proſtrata, omnem penitùs humani pręſidii ſpem depoſuerat; ſic enim inquit §. 19. *haveva meſſo l'animo in pace, e a tutt'altro penſave, fuori, che a campare.*

Quinto ipſius Liviç verbis morbũ extenuare conatur, contineri enim eũdem putat in faciei tantum pallore, ac debilitate vitium: Verum excutiamus verba ipſa, ac quam habeant vim conſideremus. *Il male era da farſi pericoloſo, perche era già riſinita, e divenuta gialla.* Cum ſępiùs morbi ſymptomata recenſuiſſet ęgrota, hic alia utitur loquendi formula, mali enim vehementiam paucis quidem, ac generatim perſtringit, ſed ita ut magnum, ac periculoſum fuiſſe declaret: Huic enim verbo, *era già riſinita*, hęc ſubjicitur vis, morbo eram oppreſſa, exhauſta omnino, in ſummum diſcrimen adducta, atque ad extremum redacta: Quod quidem ex etymo innoteſcit: Vocabulum enim *riſinita* ducitur à fine, idemque ſignificat, ac *finita* [*b*]. Prętereà eo vocabulo morbi gravitatem exprimi ex eo etiam intelligitur, quod rationem afferens, cur periculum ex morbo immineret, ſubjungit, *perche era gia riſinita*. Sed quid in his verbis diutius hęremus, cum in paragrapho ſuperiori, tam Livia, quam ipſius vir morbi magnitudinem apertiſſime ſignificarint?

[b] *Vocab. Etruſc. verbo* finita.

Sexto revertitur denuo ad teſtimonium Medici del Punta ad demonſtrandum morbi naturam, quo Livia per Beatę Julianę pręces evaſit, ignotam eſſe: quod prior morbus Medici prędicti remediis fuiſſet depulſus: alter, qui ſupervenit Medico Corazio non innotuerit. Sed quanti del Punta auctoritas in hac re ſit ęſtimanda ſatis conſtat ex ſuperioribus, in quibus abunde demonſtratum eſt, & ipſius verba, vel commodo ſenſu interpretanda, vel eorumdem fidem reliquis Teſtibus poſthabendam, & morbum fuiſſe Cachexiam.

Quod vero attinet ad Medicum Corattium: neque ipſius cognitione opus erat ad morbi genus determinandum, cum aliundè ſatis probaretur, neque ſi ipſe illius naturam ignorare fateatur, non proptereà ab aliis cognoſci non potuiſſet. Quomodo enim cognoſceret qui diligenter morbi naturam non perpenderit, nec ſigna, ac ſymptomata ab ægrota ſciſcitatus fuerit? ut idem aſſerit §. 36. *Io non lo sô, perche non l' eſaminai ſopra le cagioni, eſſendo rimaſta ſeco di medicarla a tempo più proprio.*

Se-

Septimo denique ait, adhuc incertum eſſe an morbus, quo Livia de Sanis conflictabatur, poſt confugium ad Beatam Julianam omninò fuerit ſublatus: potuiſſe enim poſt annum novo paroxyſmo recrudeſcere; quod aſthma Epilepſię inſtar identidem repetat. Ad id autem duplici reſponſione utar: Primum quod omne argumenti robur infringit repono, morbum non fuiſſe ſimplex aſthma, ſed toties memoratam Cachexiam. Deinde duo Aſthmatum genera diſtingui apud Medicos: alterum, quod ex nervorum convulſione excitatur, quodque propterea convulſivum nominant: alterum quod ab humoribus, & pulmonum infarctu ortum habet, humidum nuncupatum. Convulſivo id familiare eſt ut confeſtim, atque illico per aliquod tempus quieſcat, donec rurſus repente affligat: humidum vero remittitur quidem, & intenditur, ſed paulatim, neque omnino ceſſat, ſed perpetuo utcumque ęgros divexat (*a*) Aſthma autem quo Livia torquebatur humidum fuiſſe jam demonſtratum eſt in diſſertatione, inducebatur enim à depravata humorum craſi; ac propterea perpetuum erat: ut luculentius demonſtratur ex rationibus in diſſertatione allatis, atque ex cauſarum deſcriptione eluceſcit. Huc adde etiam quod licet aſthma convulſivum fuiſſet; tamen fieri non potuiſſet, ut tempore hyberno non recruduiſſet: ſolet enim id genus aſthmatis frigore maximè excitari. (*b*)

(a) *Etmul. Colleg. Pract. Cap. 2. art. 1.*

(b) *Ibidem.*

REVISA.

Joannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

ANIMADVERSIONES
SVPER IV. MIRACVLO.

Aſſerta inſtantaneæ ſanationis P. Horatij Fortunati Riminaldi Religioſi Profeſsi, & Sacerdotis Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis ab Apoplexia, ſeù Paralyſi cum attractione neruorum, qua à pluribus menſibus vexabatur.

DE veritate huius aſſerti miraculi nonnulli dubitarunt; Idque non obſcure colligitur ex *Proceſſu fol.* 107. = *Non hò ſentito dire ad alcuno, che poſſi eſſere guarito per cauſe naturali fuori, che da vn Padre del Carmine, il quale informatoſi poi dal medeſimo Padre Riminaldi del male, e del modo, che rimaſe guarito, giudicò allora anche eſſo, che foſſe prodigioſo, e non naturale; In oltre ſentij dire à Gioſeppe Pro-Ceruſico, quale li cauò ſangue, che non lo credeua miracolo ſenza addurre alcuna ragione, ed io ſapendo, che non era capace di poterlo giudicare non li diedi retta*, & *Proc. fol.* 210. *tergo* = *Mi occorre ſoggiungere, che diſcorrendo di queſto miracolo ſeguito nella perſona del Padre Riminaldi con il Signor Dottore Carlo Andrea Martini Medico li ſentij dire, vedrete che la Parte auuerſa s'opporrà, e dirà, che ſono ſtati li medicamenti* = Adeoque reſponderi non poteſt conſtare de miraculo, cum Sacræ huic Congregationi nota non ſit cauſa, & ratio, quam habuerunt dubitandi ſupradictę Perſonæ, quę cæteroquin palam fieri debuerat cum iudiciali earumdem examine, quod a Iudicibus remiſſorialibus neglectum fuit.

Quamuis prædicta exuberarent pro excluſione huius aſſ. miraculi, adhuc tamen ijs, nonnulla alia, & quidem non leuis ponderis adduntur, quę magis clare dicti miraculi excluſionem ſuadere videntur; obſeruandum enim proponitur, quod Patri Horatio Riminaldi ſubminiſtrata fuerunt medicamenta, & quidem cum aliquali fructu, vt dicit Alexander Fabretti Medicus Curæ *Proceſſ. fol.* 108. = *preſe molti medicamenti per guarire dal ſuo male, ma ſempre con piccolo miglioramento, e ſenza guarire, perche quantunque in virtù de' medicamenti in breue tempo atteneſſe il moto nelle braccia, e nel piede deſtro, nulladimeno con il piede ſiniſtro, il quale rimaſe ſempre leſo non poteua caminare ſe non con appoggio, & incommodo* = confirmat idemmet ſanatus *Pro. fol.* 80. = *dal dì* 7. *Decembre ſino al giorno del dì* 19. *di Giugno eſſendo ſtato due meſi continui in letto ſenza leuarmi fuori, che per i miei biſogni naturali, e poi cominciando à farmi leuare con le croccie caminauo con eſſe da me, e durai vn meſe, e mezzo, e di poi laſciando le croccie caminauo per la Camera con la punta del piè ſiniſtro appoggiato ad vn baſtone, perche non lo poteuo poſare, eſſendo li nerui attratti, e così durai fino al giorno della Beata Giuliana* = & tandem ait Teſt. XII. ex officio examinatus *Proceſſ. fol.* 220. = *l'hò veduto più volte andare con vn appoggio di crocetta, ò di mazza, che non mi ſouuiene bene, e caminare malamente per queſta*

Città,

Città, & in ſpecie mi ricordo d'auerlo viſto vna volta paſſare il Ponte = Ac proinde ſi Medicus Curæ, ſi ſanatus, ſi alij Teſtes actiuitatem medicamentorum admiſerunt quoad totalem liberationem in Brachijs, & in pede dextero, & quoad aliqualem etiam liberationem in pede ſiniſtro, ſanatio non ad cauſam ſupernaturalem, ſed naturalem erit referenda, vt notant *Mattha de Canoniz. ſanct. par.3. cap.9. per tot. Bordon. in oper. Poſthumo de miracul. med.7. num.27., Zacch. quæſt. medic. legal. lib.4. tit.1. quæſt.8. num.27.*

Haud reuſtente, quod tempore aſſ. liberationis miraculoſæ ab impotentia motus in pede ſiniſtro Patri Riminaldi, medicamenta non fuerint ſubminiſtrata, vt ait ipſemet ſanatus *Proc. fol.81.* = *e la mattina della feſta nel celebrare la Meſſa riceuei la grazia, e non poterno di ciò eſſere cauſa li medicamenti, perche era più d'vn meſe, e mezzo, che non ne prendeua alcuno* = Quia ſemper actiuitati medicamentorum liberatio eſt tribuenda quamuis Patiens per aliquod tempus deſtiterit ab illorum vſu, vt bene aduertit *Zaceb. quæſt. medic. legal. lib.4. tit.1. quæſtion.8. num.12.* ibi = *ſi ergò poſt longum remediorum vſum, quæ quidem pateat maximè proportionata morbo fuiſſe, vel ex aliquo nouo præſidio etiam proportionato in vſum conuocato etiam longè ab eius adminiſtratione quis ſanetur, & effectus remedijs correſpondeant, ad eorumque virtutem referri ſanitas poſſit, hoc abſque dubio, quantum ex hoc eſt miraculum non erit* = Et receptum eſt apud Medicos, quod in curationibus ægrorum aliquando quieſcendum eſt à medicamentis iuxta illud *Hip. lib.6. epid. ſect.2. teſt.26. per tot. Subditque Ætieis tetrab.2. ſerm.2. cap 10. in fine* = *proindè operæ pretium eſt noſſe, quod multi ſic ægrotantes in tempore curationis nil commodi perceperunt, dimiſſa verò curatione reſtituti ſunt, natura antè curationem præualente contra morbos debiles ex medela factos, quapropter remiſſionem dare oportet, videtur enim vnà cùm curationibus affligi inquiete verò in valeſcere, & ſuperare morbos iam ante attenuatos.*

Proindeque mirum videri non debet, quod Carolus Andreas Martini Medicus fortaſſe ex ſupradictis rationibus adductis per citatos Auctores Medicos, motus fuerit ad iudicandum ſanitatem Patris Riminaldi proueniſſe ex cauſa medicamentorum, non autem virtute ſupernaturali, vt ſupra oſtenſum fuit *in §. Primo*, & modo repetere iuuat = *Mi occorre ſoggiungere che diſcorrendoſi di queſto Miracolo ſeguito nella Perſona del Padre Riminaldi col Signor Dottor Carlo Andrea Martini Medico li ſentij dire, vedrete che la Parte auuerſa s'opporrà, e dirà che ſono ſtati li medicamenti* = Sicuti pariter mirum videri non debet, quod Ioſeph Pro Chirurgus affirmauerit ſanationem dicti P. Riminaldi non fuiſſe miraculoſam, vt paritèr ſupra oſtenſum fuit in dicto §. *Primo*, quibus deferendum eſt tanquam Peritis in arte.

Paritèr in corroborationem prædictorum aduertendum eſt, quod Pater Riminaldus ſolum grauabatur Paraliſi in pede ſiniſtro, quæ erat leuis, cum ea non abſtuliſſet inſimul ſenſum & motum, ſed motum tantummodò vt benè obſeruauit *Sennert. Medic. pract. lib.1. par.2. cap.27. de Progn. Paraliſys num.37.* = *minus periculoſa eſt Paralyſis ſi ſolum motus, aut ſenſus lædatur, magis ſi vterque, peior rurſum, ſi plures nerui aut muſculi ſunt affecti* = Nec impediebat quin patiens per Vrbem Piſarum incederet licèt aliquo fulcro adiexus, vt depoſuit 12. *Teſt.* & officio examinatus *Proc. fol.220.* = *L'hò veduto più volte andare con vn appoggio di croccetta, di mazzo &c. per queſta Città, & in ſpecie mi ri-*

cor-

ſordo di auerlo viſto vna volta paſſare il Ponte: Vti etiam ſupra viſum eſt; Suppoſita autem leuitate morbi liberatio ab eodem dici non debet ſupernaturalis, ſed proueniens, ex cauſa naturali, vt notat *Gaſpar à Reies in ſuo eliſo iucund. quæſt. caſu primo quæſt.24. num.1.*

Ijſque duo alia adnectuntur; Primum quod P. Riminaldus tempore receptæ ſanitatis paſſus eſt graues dolores vt ait *Proceſ. fol.83.* = *Nell'atto di riceuere la gratia mi ſentij dare vna ſtrappata, poſai il piede, e diſſi oh? e riuoltai l'occhi al Cielo*, *Teſtis 2. d. Proceſſ. fol.93.* = *Mi diſſe che in vn tratto ſentì come dalle ſpalle ſtrapparſi con gran dolore, & andare giù ſerpendo ſino alla gamba di modo tale che l'obligo à battere il piede su la predella, perche credeua li tornaſſe nuouo male* = Ait P. Aloyſius Maria Garbi Seruitanus *Proc. fol.118.* = *Finalmente doppo hauer tribolato molto la notte precedente la matina di detta feſta &c. ſceſe à celebrare la Santa Meſſa con il ſolito gran ſtento all'Altare di detta Beata &c. e quando fù al primo memento ſi ſentì tirare la parte ſiniſtra ſino al piede con tal impeto, che lo battè sù la pradella, e ſi ſcoſſe; Onde li circoſtanti dubitarno di qualche accidente* = Quod vtique ſuadere videtur ſanationem non fuiſſe ſupernaturalem, ſiquidem communis eſt opinio, dolores interuenientes in ſanatione tollere rationem miraculi, vt benè aduertit *Troilus Maluetius de Canon. Sanctorum inter tract. magn. tom.* 14. *pag.* 101. *num.*52.

Alterum, quod additur in excluſionem aſſerti Miraculi, eſt deficientia ſcilicet inſtantaneitatis, & ſanitas non perfecta, quæ omnia aduerſari videntur Miraculo, vt alias oſtenſum fuit in examine primi Miraculi § *Quinta ſuppeditat*, deficientia verò inſtantaneitatis, & non perfecta ſanitas reſultant ex depoſitione Teſtis II., de qua *Proceſſu fol.205. ter.* ibi = *Io non l'hò mai più veduto con il baſtone, e ben vero che mi pareua, e puol eſſere che li miei occhi mi ingannaſſero, che la mattina medeſima* (quo ſanitatem recepit) *e doppo andeſſe vn poco à tentone* =

Cum enim motus, quem recuperauit P. Riminaldus in pede ſiniſtro non eſſet in totum liber vt ſignificant verba = *Vn poco à tentone* = Non ſolum mane quo aſſeritur patratum miraculum, ſed etiam poſtea, ſuſpicandum eſt, imo iudicandum ſanationem nec inſtantaneam, nec perfectam fuiſſe, quod vtique de per ſe ſufficeret ad excluſionem Miraculi.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO

Ad Animadverſiones Rm̃i Fidei Promotoris ſuper quarto Miraculo.

Inſtantaneæ Sanationis P. Horatii Fortunati Riminaldi Religioſi Profeſſi, & Sacerdotis Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis ab Apoplexia, ſeù Paralyſi, cum attractione nervorum &c.

Beatiſſime Pater.

Quatuor ſunt, quæ circa hoc Miraculum animadvertit Reverendiſſimus Fidei Promotor, & ſunt: Primo, quod nonnulli dubitarunt de qualitate prodigioſa ſanationis Patris Horatii Riminaldi, & non fuerunt auditi à Judicibus Remiſſorialibus. Secundò quod eadem ſanatio ratione Medicamentorum, quæ ſubminiſtrata ſunt Infirmo cenſeri debeat naturalis. Tertiò, quod ex parte primi extremi non adſit debita gravitas Morbi; & quartò, quod ex parte ſecundi extremi deſit inſtantaneitas; his tamen animadverſionibus minime obſtantibus præſens miraculum approbandum eſſe à Sanctitate Veſtra juremerito ſperamus, & in tertio genere collocandum.

Strictè enim reſpondendo ad primam oppoſitionem; Dubitationis nimirùm, cautè attendendum eſt, quod neuter ex Teſtibus à Reverendiſſimo Fidei Promotore dubitavit de qualitate prodigioſa dictæ ſanationis; ſed uterque retulit aliorum dubitationes. Quod neuter dubitaverit, habetur ex *Summ.* §. 76. ibi = *e ſono ſtato ſempre di ſentimento, come ſono anche di preſente, che ſia ſtato miracolo per le ragioni ſudette &c.* & ex *Summ.* §. 161. ibi = *Io lo credo miracolo; perche lo viddi andare all' Altare con il Baſtone, zoppicando, e ben'adagio, e lo viddi ritornare allegro, e fiero ſenza baſtone, che aveva laſciato all' Altare di detta Beata, e con il Calice in mano &c.* ex quo fit, quod ex Teſtibus in proceſſu examinatis nullus fuerit, qui de qualitate prodigioſa hujus ſanationis hæſitaverit. Quod autèm uterque retulerit dubitationes aliorum, colligitur ex allegatis à Reverendiſſimo Fidei Promotore. Verùm hoc opus, hic labor eſt.

Loquendo enim de primo; Tertius Teſtis, nempè Bonaventura Fa-

bretti Medicus Curæ loco in animadverſione citato, & *Summ.* hujus quarti Miraculi §. 75, inquit, ibi = *non hò ſentito dire ad alcuno, che poſſi eſſer guarito per cauſe naturali, fuori che da un Padre del Carmine, il quale informatoſi poi dal medeſimo Padre Riminaldi del male, e del modo, con cui rimaſe guarito, giudicò allora anch'eſſo, che foſſe prodigioſo, e non naturale*; hic igitur P. Carmelita, non oportuit, ut vocaretur à Judicibus Remiſſorialibus, ut ab eo rationes ſuæ dubitationis ſub examine addiſcerent [quemadmodum prætendit Reverendiſſimus Fidei Promotor] quandoquidem jàm perſuaſum illum eſſe audierunt ex informatione habita ab eodem Sanato, ſanationem fuiſſe miraculoſam; maximè cum Religioſus ipſe Carmelita non eſſet informatus de facto ejuſdem ſanationis; & conſequentèr rationabiles dubitationes proferre non poſſet.

Deindè dixit idem Teſtis 3. loco in animadverſione citato, ex *Summ.* §. 75. = *In oltre ſentii dire à Giuſeppe Procruſico, quale li cavò ſangue, che non lo credeva miracolo, ſenza addurre alcuna ragione; ed io ſapendo, che non era capace di poterlo giudicare, non li diedi retta &c.* ſed neque ex dicto hujus Teſtis colligitur, quod Judices Remiſſoriales debuiſſent vocare iſtum Joſephum Prochirurgum ad examen formale. Eatenùs enim debuiſſent, quatenùs eſſet rationabilem aliquam dubitationem producturus. Cum itaque prudenter judicare non deberent, quod hic Joſeph pro Crochirurgus eſſet adducturus aliquod motivum rationabile ſuæ dubitationis, non fuit neceſſe, quod eum ad examen vocarent. Quomodò enim prudenter judicare poſſent Iudices Apoſtolici quod Ioſeph Prochirurgus eſſet aliquod motivum ſui dubii producturus in Iudicio, quando à Medico Curæ, tertio Teſte examinato, de facto audierunt, nullam rationem ſuæ prorsùs voluntariæ dubitationis adduxiſſe, ibi = *ſenza addurre alcuna ragione*. Præſertim quià ab eodem Medico examinato audierunt dictum Prochirurgum non eſſe capacem judicandi de qualitate, ſivè naturali, ſivè ſupernaturali illius ſanationis, de qua agitur, ibi = *Ed io ſapendo, che non era capace di poterlo giudicare non li diedi retta*. Si enim ab hoc Teſte Apoſtolico reputabatur incapax judicandi de hac materia, fruſtrà fuiſſet vocatus à Iudicibus, ut ſuum proferret Iudicium ſuper qualitate morbi, de quo agitur.

Loquendo autèm de Doctore Carolo Andrea de Martinis citato ab XI. *Summ. additionali* §. 1., qui pariter, ut aſſeritur, dubitavit de qualitate prodigioſa hujus Sanationis, iſte inquit ibi = *Mi occorre ſoggiungere, che diſcorrendo di queſto miracolo, ſeguito nella Perſona del Padre Riminaldi con il Signor Dottor Carlo Andrea Martini Medico, li ſentii dire = vedrete, che la parte avverſa ſi opporrà, e dirà, che ſono ſtati li medicamenti*; Teſtem autem ita loquentem non tenebantur Iudices Apoſtolici ad examen vocare, ut paritèr prætendit Reverendiſſimus Fidei Promotor. Tùm quià ex ejus verbis non dignoſcitur, illum fuiſſe in contrarium Miraculi, ſed solùm, præſagium feciſſe ejus rei, quæ de facto accidit; cum quo optimè componitur, quod prædictus Medicus ſenſerit pro miraculo. Et de facto interrogatus ulteriùs prædictus undecimus Teſtis de ſententia d. Doctoris de Martinis, reſpondit *Summ. Additionali* §. 1. ibi = *gettò queſte parole ſecche, ne diſſe altro*, & rursùs interrogatus, an Teſtis cognoſcere potuerit ex eo colloquio, quid etiàm ipſe Doctor de Martinis ſenſerit de ſanatione d. P. Riminaldi ibi = *non potei conoſcere di qual ſentimento ſi foſ-*

foſſe, perche egli diſſe ſolamente: vedrete, che la Parte avverſa, dirà che ſono ſtati li medicamenti, perche queſte coſe ſi eſaminano con rigore, e ſi oppone ogni minima coſa &c. Quę quidem ultima verba, ſi veritatē amamus ad evidentiam demoſtrant, quod Medicus de Martinis de miraculo minimè dubitavit; ſolùm enim partem adverſam putavit eſſe oppoſitionem facturam, quia = *queſte coſe ſi eſaminano con rigore, e ſi oppone ogni minima coſa.* In qua ſanè expreſſione non dubitavit de miraculo, ſed magis ſe Prophetam oſtendit; cum reverà ſecunda oppoſitio Reverendiſſimi Fidei Promotoris (de qua ſtatim) medicaminum virtutem exaltat, ut concurſum ſupernaturalem excludat.

Omiſſaque demum reſponſione contra ſimiles dubitationes data ſuper primo miraculo §. *non omiſſo*; accedit, quod Medicus de Martinis non dixit, quod Iudex pronunciabit ſanationem hanc proveniſſe à medicamentis; ſed dixit: *vederete, che la Parte adverſa ſi opporrà, e dirà, che ſono ſtati li medicamenti &c.*; Sanè ſi primo modo dixiſſet, poſſemus fortè ſuſpicari, illam dubitaſſe, ſecus autèm dicendo eo modo, quo dixit. Profectò nos, qui ſcribimus ſuper hoc miraculo, nonnulla prævidimus objicienda à Reverendiſſimo Fidei Promotore; & tamen ſanationem fuiſſe verum miraculum prętendimus.

Cum ergo Medicus de Martinis prædixerit quidem Partis Adverſæ oppoſitionem, ſed eam in hoc Iudicio pręvalituram non aſſeruerit, bonum undequaque omen captamus, ut hæc quoque Reverendiſſimi Fidei Promotoris animadverſio noſtri Miraculi claritatem obnubilare non valeat. Fundatur enim hæc primo in dicto Medici Curæ §. 86. ibi = *preſe molti medicamenti per guarire dal ſuo male, ma ſempre con piccolo miglioramento, e ſenza guarire, perche quantunque in virtù de medicamenti in breve ottenesſe il moto nelle braccia, e nel piede deſtro, nulladimeno con il piede ſiniſtro, il quale rimaſe ſempre leſo, non poteva caminare, ſe non con appoggio, & incommodo.* Secundò fundatur in dicto ejuſdem Sanati §. 6. ibi = *dal dì 17. Decembre &c.* & tertiò in dicto Teſtis 12. ex officio examinato *Summ. Additionali* §. 2. ibi = *l'hò veduto più volte &c.* ex quibus dictis infert Reverendiſſimus Promotor, quod ſi Medicus Curæ, ſi Sanatus, ſi alii Teſtes activitatem medicamentorum admiſerunt, quoad totalem liberationem in brachiis, & in pede dextero, & quoad aliqualem etiam liberationem in pede ſiniſtro, ſanatio non ad cauſam ſupernaturalem, ſed naturalem ſit referenda, & hęc eſt ſecunda difficultas Reverendiſſimi Promotoris.

Verùm neque ex prædictis, neque ex aliis Teſtibus intentum conſequitur; nos enim non negamus, quod Pater Horatius Riminaldi, poſtquàm paſſus fuit apoplexiam plura medicę artis remedia ſuſceperit. At punctus eſt, quod ex illorum uſu ſanitatem non obtinuit. Tùnc enim ex uſu medicaminum diceretur ſanitatem obtinuiſſe, quando virtute illorum extirpata fuiſſet morbi radix. Cum ergo ex eis morbi radix uſque ad ſanitatis recuperationem extirpata non fuerit, evidentia eſt, quod non in cauſam naturalem, ſed ſupernaturalem ſanatio prædicti P. Horatii Riminaldi referenda ſit. Quod radix morbi, non niſi in actu invocationis fuerit extirpata, colligitur, ex quo ea perduraverit uſque ad inſtans invocationis *Summ.* §. 3. ibi = *la mattina doppo mi cavarono le Coppette, e mi attaccarone li Veſſicanti, perche temevano, che mi replicaſſe l'accidente apopletico, e mi portaſſe via, e durando in queſto male ſenza poter liberamente per mezzo di me-*

dicamenti, mi raccomandai &c.; & §. 9. ibi = *Doppo quattro meſi del giorno dell'accidente occorſomi, non facendo effetto alcuno li medicamenſi, non mi medicavano più; & il miglioramento conſiſteva, che alcune volte potevo caminare un poco meglio, & altre volte me neſtavo sbalordito in Camera &c.*, & §. 12. ibi = *& io conobbi, che fu un miracolo grande, perche avevo li nervi attratti, e provavo un gran dolore, e quando andai all'Altare non potevo eſtendere il piede &c.* & ex dicto 3. Teſtis nempè Medici §. 85. ibi = *e che tutta la parte ſiniſtra li rimaſe leſa, perche durò ſino alla guarigione*, & ex dicto 6. Teſtis §. 95. ibi = *& inqueſto tempo pativa qualche accidente, che lo neceſſitò à farſi cavar ſangue; e ſempre nondimeno reſtò leſa la parte ſiniſtra*. & §. 103. ibi = *e di quando in quando li veniva qualche accidente, per cui ſeguiva qualche deliquio, & allora li replicavano l'emiſſione del ſangue*, & §. 137. Medicus ibi = *la contumacia di detto male durò dal giorno dell'accidente ſino al giorno della feſta della Beata Giuliana &c.*

Si ergo radix morbi non erat extirpata uſque ad tempus invocationis, & ſtatim poſt invocationem ceſſavit in totum; Profectò ſanatio Patris Horatii Riminaldi reduci non poteſt ullatenùs ad cauſam naturalem; præſertìm quià hæc non operatur ſuos effectus in inſtanti, ſed in tempore, ut in ſubjecta materia probant Doctores Phiſici ad opportunitatem reſpectivè, & pro veritate ſcribentes. Redditurque imperceptibile, quomodò ſanatio inſtantanea P. Riminaldi attribui debeat activitati medicamentorum, cum per diuturnum uſum iſtorum per ſex menſes continuos, aut nihil, aut parum, & quidem ſucceſſivè proficuerit infirmus; & in die feſto Beatæ Julianæ ad ejus invocationem Sanus illicò effectus fuerit. Aut enìm dicendum, quod medicamentorum activitas expectaverit opportunum auxilium de Sancto, ut ſuam explicaret efficaciam in ordine ad totalem, integram, & inſtantaneam ſanationem, & hoc dicendo jàm ex parte fatemur miraculum; aut dicendum, quod medicamina adhibita, mutando naturam, cœperunt operari in inſtanti, quæ à die 7. Decembris, uſque ad diem 19. Junii operata ſunt paulatim, & ſucceſſivè.

Undè licet verum ſit, quod in cura Ægrorum aliquando quieſcendum ſit à medicamentis, ut ex Hipocratis Textu probat Reverendiſſimus Fidei Promotor, & haud obſtante non uſu illorum per aliquod tempus, ſanatio in circumſtantiis propriis eorum medicamentorum activitati attribui valeat. Nihilominùs ubi conſtiterit, quod per ſemeſtrem uſum medicamentorum hæc aut nihil, aut parum profuerint, & quod hoc modicum melioramenti non ſtatim, ſed ſucceſſivè obtentum eſt, Sanatio inſtantanea ſecuta immediatè poſt invocationem alicujus Beati in occurrentia ejus natalitii Feſti, & non obſtante aeris intemperie, videtur quaſi divinatio eam non attribuere miraculo.

Quod autèm immediatè poſt invocationem, & in eodem, ut ita dicamus, inſtanti, Religioſus infirmus ſanatus ſit, & quod illiçò diſſoluta fuerint vincula neruorum ejus ex toto *Summ.* apertè liquet, & ſignantèr, ex dicto Sanati §. 4. ibi = *E poſto il piede tutto in un tratto, che prima non lo poteva poſare &c.* & §. 28. ibi = *rimaſi ſubito, e del tutto libero &c.* & ex depoſitione II. Teſtis §. 34. 42. & 48. ibi = *Seguì detta ſanazione in un tratto &c.* Idemque teſtatus fuit I.I. Teſtis Medicus Curæ §. 66. ibi = *Guarì ad un tratto*, & §. 70. ibi = *Venuta la feſta della Beata Giuliana, ne ſeguì l'iſtantanea guarigione &c.* & §. 81.

ibi

ibi = *Seguì ad un tratto la di lui ſanazione* VI. Teſtis §. 98. ibi = *Ma in fatti reſtò totalmente libero &c.* & §. 105. ibi = *Non ſi ſciolſe il male a poco a poco, bensì in un' iſtante*, & §. 114. ibi = *La ſanazione di detto Padre Orazio ſeguì in un' iſtante &c.* & §. 126. ibi = *In un tratto rimaſe perfettamente ſciolto* & §. 139. 146. 152. 154. 155. & 166. Et quod plus eſt, magiſque exaltat hujus miraculi claritatem, eſt, quod hæc iſtantanea Sanatio fuit undequaque perfecta, & cum diuturna, ac perpetua duratione, itaquod ullum morbi veſtigium in Sanato non remanſerit, ut conſtat in eodem *Summ.* §. 17. 20. 28. 30. 42. 44. 49. 58. 59. 67. 77. 82. 90. 91. 99. 103. 109. 115. 128. 135. 141. 145. 153. 160. 165. 188. Quo ſtante videtur, dubitari non poſſe, quin Patris Riminaldi ſanatio debeat miraculo adſcribi; quia ex una parte, immedietate ante invocationem tota pars ſiniſtra corporis ejus erat paralyſi affecta. Rursùs ſtatim poſt invocationem, ſanatio fuit perfecta, & cum diuturna duratione, quæ ſigna ſunt innegabilia, opus hoc fuiſſe miraculoſum, & non naturale, cum Cauſæ naturales non valeant ab extremo gravis morbi ad extremum perfectæ ſalutis ſubitò pertranſire abſque ſucceſſiva convaleſcentia.

Creſcitque vis hujus diſcurſus animadvertendo in hypotheſi, in qua à nobis prætenderetur, quod meliotamentum illud, quod P. Riminaldus obſtinuerat ope naturæ, & medicæ artis, ſecutum fuerit ex Interceſſione Beatæ Julianæ, nemo ſanæ mentis non diceret, quod tale melioramentum non poſſet accenſeri miraculo, ex quo ſucceſſivè obtentum fuit, fuitque opus imperfectum, diù non duravit; quià: *Di quando in quando li veniva qualche accidente*: radixque morbi non fuit extirpata, & demum, quià uſus ſiniſtræ partis non fuerat infirmo reſtitutus. Quicumque autem hoc diceret, rectè diſcurreret; Si igitur valet argumentum à contrario ſenſu, innegabilis videtur qualitas miraculoſa ſanationis P. Riminaldi obtenta die 19. Junii ad invocationem Beatæ Julianæ. Probamus enim ſtatum præexiſtentem infirmi ex ſupradeductis, qui revera erat apoplexiæ morbus; probamus invocationem B. Julianæ ex dicto Sanati; probamus ſecundum extremum, perfectam ſcilicèt ſanationem, quæ fuit inſtantanea, perfecta, & nullum morbi veſtigium reliquens, diuturna, & quæ nonobſtantibus promiſcuis forſan, & indiſcretis laboribus Sanati, ſemper firma extitit, & numquàm ultra apopleticos inſultus ſenſit; uſuſque ſiniſtræ partis fuit integrè reſtitutus. Quid igitur ulteriùs probare debemus, ut hæc Sanatio tamquàm miraculoſa approbetur.

Hoc denique addito, quod ſi Sanatio, de qua nunc agimus, fuiſſet ope naturæ, aut artis obtenta, pars ſiniſtra poſt eamdem ſanationem non evaſiſſet fortior, & vegetior parte dexterà, prout de facto contigit in noſtro Sanato, ſi ejus depoſitionibus de facto proprio credere velimus, aliorumque de ejus familiaritate id ipſum dilucidè aſſerentium *Summ.* §. ibi = *Sono due anni, che ſeguì il miracolo, e dopoi in qua non hò ſentito male alcuno in qualſivoglia parte del corpo, e non hò mai goduto una ſanità più perfetta, e direi, che quella parte che fu offeſa, ſia in oggi più forte dell' altre*: & §. 44. ubi Prior Conventus id ipſum teſtatur ibi = *Et egli dice, che non è ſtato mai meglio &c.* & §. 109. VI. Teſtis ibi = *E più volte gli hò ſentito dire, che reſtò più vigoroſo adeſſo in quella parte ſiniſtra ſpecialmente, di quello foſſe avanti, che patiſſe di detto accidente, e lo ſo, perche lo hò veduto ſempre nel tempo*, *che*

che ſono ſtato in queſta Città &c. & §. 145. Medicus Galleni ibi = *Il medeſimo P. Orazio mi hà detto, che doppo detta ſanazione è ſtato così bene, che non è mai ſtato meglio, e ſe duraſſe a ſtar così, crederebbe d'aver a campare duecento anni &c.*

Maximè quia poſt obtentam integram ſanitatem P. Horatius Riminaldi vacavit œconomiæ Conventus, & quamvis multis, & indiſcretis laboribus ſeſe exercuerit, nihilominùs nec vel minimam, aut ab antiquo, aut ab alio morbo moleſtiam paſſus fuit, ut benè, ac plenè probant Teſtes *Summ.* §. 20. ibi = *E ſto beniſſimo, e ſono ſtato come Procuratore del Convento, per le colline a cavallo, & a piedi, e ci vado anche biſognando*, & §. 44. Prior ibi = *L'hò veduto ſempre in queſto tempo caminare, & ora molto più, ch'egli è Sindaco, Procuratore, e Camerlengo del Convento, va in Campagna a rivedere li beni, e da pertutto dove biſogna, & ognuno lo vede per la Città &c.* & §. 160. Teſtis XI. ibi = *E ſtato in campagna più volte per li negozi del Convento*. Quo ſtante nullus ſanè intellectus benè diſpoſitus nobiſcum non aſſentietur, ſanationem hanc non fuiſſe obtentam virtute medicamentorum; cum ſi hoc eſſet, in præſenti rerum themate nihil magis timendum eſſet, quàm recidiva; quotieſcumque Sanatus, ut de facto egit, nullam adhibuit cautelam ad præſervationem à morbo de ſui natura maximè reverſivo. Ponderatione igitur facta ad ſubjectum ſanationis, quod erat in ætate 56. annorum *Summ. fol.* 173. *inprinc.* ad tempus ejuſdem ſanationis, quod erat ſolſtitii æſtivi, ad modum, qui fuit inſtantaneus, ad effectum, qui fuit perfectiſſima ſanitas, ad durationem, quæ fuit perpetua uſque ad mortèm; ad circumſtantias, quod pars læſa evaſit poſt ſanationem fortior parte non læſa, & quod Sanatus indiſcretè defatigatus eſt ambulando, & æquitando per Civitatem, per Campos, & Colles, ad ſolem, ad æſtus, ad brumas; facta inquam debita ponderatione ad hæc omnia, melius conſideranda à DD. Medicis ſcribentibus ſuper miraculo: in legitimam deſcendit conſequentiam, ſanationem P. Horatii Riminaldi fuiſſe miraculoſam.

Hec refert quod pro Tertia difficultate objicit Reverendiſſimus Fidei Promotor §. *Pariter*; quod videlicèt P. Riminaldus ſolùm gravaretur paralyſi in pede ſiniſtro, quæ cum non abſtuliſſet ſenſum ſimul, & motum, ſed motum dumtaxàt, erat levis. Suppoſita autèm levitate morbi [concludit] quod liberatio dici non debet ſupernaturalis, ſed proveniens ex cauſa naturali. Non inquam refert objectum hoc. Quandoquidem morbus paralyſis eſt morbus de ſua natura gravis; ut oſtendunt DD. Medici ſcribentes; & quamvis ea paralyſis, quæ privat non ſolùm motu, ſed etiam ſenſu,ſit gravior ea, quæ privat motu dumtaxàt; non propterea hæc dici poteſt morbus levis. Ut autem omnis tollatur æquivocatio, conſiderari ſupplicamus, quod aliud eſt, quod aliqua paralyſis ſit levis, aliud eſt, quod ſit morbus levis. Primum dici poteſt; habito enim reſpectu ad paralyſim illam, quæ tàm motu, quàm ſenſu privat; paralyſis, quæ privat ſolo motu dicitur levis, reſpectivè tamen, non abſolutè, ad differentiam quidem gravioris,non autem quia ſit morbus levis. Poteſtq;hic diſcurſus confirmari opportuno exemplo Apoplexiæ,quæ ſoletab artis Medicæ Peritis diſtingui in apoplexiam levem, & fortem; Quo tamen non obſtante, nemo dicet, quod apoplexia, quæ dicitur levis, ſi morbus levis, quia ad eam tollendam maxima occurrit difficultas, ut do-

docet Hypocrates; *Apoplexiam fortem ſolvere impoſſibile, levem non facile*; Morbus autem, qui difficilè ſolvitur, levis eſſe non debet; Undè remanet, quod apoplexia aliquandò dicatur levis reſpectivè ad fortem, & non quia eadem apoplexia, quæ dicitur levis, ſit morbus levis. Ita ergo diſcurrendum eſt de Paralyſi, quæ effectus eſt apoplexiæ, & conſequentèr licèt morbus præexiſtens in P. Horatio Riminaldi fuiſſet Paralyſis levis, non tamen fuit morbus levis, cum illum tàm Sanatus §. 7. quàm Medicus Curæ §. 71. quàm Medicus Galleni §. 134. reputaverint incurabilem, aut ſaltem difficillimæ curationis.

Præſertm quià ut suprà præmiſimus, morbus, qui tempore invocationis præerat in P. Riminaldo, non erat dumtaxàt paralyſis, ſed pertinacitèr in eo perdurabat Apoplexia; in cujus ſignum eſt, quod ipſe aliquando patiebatur inſultus apopleticos *Summ.* §. 95. ibi = *& in queſto tempo pativa qualche accidente, che lo neceſſitò a farſi cavar ſangue, e ſempre nondimeno reſtò leſa la parte ſiniſtra*; loquiturque Teſtis de tempore intermedio uſque ad invocationem, & §. 165. ibi = *e di quando in quando li veniva qualche accidente, per cui ſeguiva qualche deliquio*. Et Sanatus ipſe inquit §. 9. ibi = *il miglioramento conſiſteva, che alcune volte potevo caminare un poco meglio, & altre volte me ne ſtavo ſbalordito in Camera &c.* Perſeverabat ergo contumax apoplexiæ radix, conſequenter morbus, à quo P. Riminaldus in invocatione ſanatus fuit, non ſolùmfuit nuda paralyſis, ſed etiam apoplexia, quæ à nullo medicæ artis Profeſſore reputabitur morbus levis.

Prout nec relevat id, quod idem Reverendiſſimus Fidei Promotor ſubjungit §. *Iiſque, & ſequen.* Inquit enim, quod P. Riminaldi in actu Sanationis paſſus fuerit gravem dolorem in parte infirma, quod probat ex *Summ.* §. 19. 42. *&* 97. Dolor autem interveniens in actu Sanationis tollit rationem Miraculi, ut ipſe oſtendit ex *Troil. Malvet. de Canon. Sanat. inter tract. Magn. tom.* 14. *pag.* 101. *num.* 52. Hoc inquam non relevat, quià in primis abſolutè non verificatur, quod in actu Sanationis intervenerit gravis dolor. Sanatus enim loco cit. à Reverendiſſimo Fidei Promotore, nempè §. 19. loquitur de ictu ab humero ad pedes, non autem de dolore ibi = *nell'atto di ricevere la grazia mi ſentii dare una ſtrappata, poſai il piede &c.* idemque dicit VI. Teſtis pariter citatus ab eodem Reverendiſſimo Promotore §. 97. ibi = *ſi ſentì tirare tutta la parte ſiniſtra ſino al piede con tal' impeto, che lo battè ſulla pradella, e ſi ſcoſſe &c.* Verum tamen eſt, quod Sanatus ipſe de facto proprio loquens §. 4. fatetur, quod in actu Sanationis paſſus fuerit tenuem dolorem ibi = *& in un' iſtante mi ſentii ſciogliere tutta la parte ſiniſtra, ch'era impedita, e poſai il piede tutto in un tratto, che prima non lo potevo poſare, e ſentendo uno ſtaccamento con un poco di dolore mi ritrovai del tutto libero.* Undè ſemper præferendum eſt dictum Sanati, qui de facto proprio depoſuit, dicto VI. Teſtis, qui loco à Reverendiſſimo Promotore cit. nempè §. 42. aſſerit, ſanatum in actu Sanationis magnum fuiſſe paſſum dolorem ibi = *mi diſſe, che in un tratto ſentì, come dalle ſpalle ſtrapparſi con gran dolore &c.* præſertim quia hic Teſtis VI. in cauſam ſcientiæ reddit, ſe audiviſſe ſolum hoc à Sanato = *mi diſſe* = Parvus autem dolor non videtur habendus in ea conſideratione, in qua prætendit Reverendiſſimus Promotor Fidei.

Im-

Immò in caſu noſtro nullam planè conſiderationem meretur, quià Sanatus ante ſanationem, continuum in parte læſa, & in uſu illius patiebatur dolorem, & quidem gravem; undè non eſt mirum, ſi uſque ad inſtans invocationis, & non ultra, idem dolor perſeveraverit. Quamobrem, ubi in actu ſanationis interveniat dolor inſolitus, poſſet tolerari aſſumptum Reverendiſſimi Promotoris, ubi autem interveniat dolor ſolitus, nullo pacto idem aſſumptum tolerari poteſt. Quod autem Sanatus ante invocationem viveret in continuo dolore, idem aſſeruit §. 12. ibi = *Et io conobbi, che fu un miracolo grande, perche avevo li nervi attratti, e provavo un gran dolore, e quando andai all'Altare non potevo eſtendere il piede &c.* & §. 18. idem Sanatus ibi = *nè avevo avuto precedentemente Criſe di ſorte alcuna, ne di Sudore, ne di ſcioglimento di Corpo, ne veemenza di dolore maggiore del ſolito*. Et VIII. Teſtis §. 97. ibi = *doppo aver tribolato molto la notte precedente; la mattina di detta feſta &c. ſceſe a celebrare la ſanta Meſſa all'Altare della Beata*; & tandem idipſum colligitur ex aliis Teſtibus, qui ajunt, Patrem Horatium motum progreſſivum exercuiſſe cum magno incommodo uſque ad inſtans invocationis §. 17. ibi = *e portatomi all'Altare di detta Beata per celebrare la ſanta Meſſa con incomodo, e con il baſtone, e fatica &c.* & §. 125. ibi = *Si portò nell'iſteſſo giorno con il ſolito ſuo grand'incomodo, e fatica all'Altare &c.* & §. 152. ibi = *Si portò con grand'incomodo a celebrare la ſanta Meſſa all'Altare di detta Beata &c.* & §. 155. ibi = *andava con gran fatica zoppicando &c.* & §. 161. ibi = *lo vidi andare all'Altare con il baſtone zoppicando, e ben' adagio*. Si igitur Sanatus noſter antè invocationem patiebatur gravem dolorem, ſaltèm exercendo motum progreſſivum, non debet dici, aut reputari dolor interveniens in actuali ſanatione, ille, quem ſenſit P. Horatius Riminaldi in ictu, quem paſſus fuit ab humero ad pedes in actu invocationis B. Julianæ.

Sed concedamus totum Reverendiſſimo Fidei Promotori, ſitque etiam verum, quod Sanatus in actuali ſanatione gravem, & inſolitum paſſus fuerit dolorem, cujus appoſitum jam hucuſque ad evidentiam oſtendimus; non indè legitimè inferet, hoc eſſe contra rationem Miraculi; fuit quidem opinio apud *Troil. Malvet. de Canon. Sanct. loco ſupra cit.*, quod dolor interveniens in aliqua etiam inſtantanea ſanatione detraheret rationi Miraculi; Sed oppoſitam Sententiam utpotè veriorem amplexati ſunt multo plures. *Caſtellin. de Certitud. glor. Sanct. cap. 8. punct. 31.*, *Zacch. quaſt. Medicoleg. lib. 4. tit. primo quaſt. 3. num. 9. Caſtellan. de Can. Sanct. quaſt. 6. princip. verſ. quæro an ſit contra rationem num. 102.*, *Eminentiſſimus de Laur. de Miracul. diſp. 20. art. 21. num. 892.* Imò eandem Sententiam ſecuta eſt hæc Sacra Congregatio in cauſa Segobien. Beatificationis S. Joannis à Cruce, in qua non obſtante ſimili animadverſione propoſita à bo: me: de Rubeis olim Fidei Promotore contra octavum Miraculum, Sacra Congregatio cenſuit conſtare de illo die 25. Septembris 1674. quod poſtmodum fa: me: Clemens X. die 6. ejuſdem anni approbavit.

Caſus autem hujus octavi Miraculi legitur in prædictis animadverſionis *fol. 5. verſ. Qua difficultate* ibi = *Qua difficultate magis laborat octavum Monialis Carmelitæ Excalceatæ, quæ dicto Summ. num. 16. ſupponitur liberata à paralyſi paſſa per undecim annos ſuperimpoſita ter ejus capiti reliquia digiti præfati Servi Dei*. Cum Teſtia XV. ſuper 26.

pag.

pag. 86. dixerit = *E ponendoglielo il detto Padre Provinciale nella medeſima banda dove l'Inferma gli diſſe, che aveva la doglia gli ſopravenne un' accidente molto grande*; idemque innuere videntur verba ſuper dicto 26. quatuor Teſtium nempè XIII. *la quale di ſubito ſi tramutò tremandogli tutta la vita*. XIV. *la detta Inferma mutò colore con alcuni tremori così turbata, & intimorita*. XVI. *vidde, che la detta Religioſa di sì fatto colore ſi mutò, che gli aveva cagionato qualche alterazione*. Et XVIII. *ſubitamente ſentì in ſe una gran mutazione così nel viſo, come in tutto il reſto della ſua vita, dimoſtrando avere alcuni accidenti di freddo* = *Quoniam inter octo requiſita Miraculi ſanationis relata per Gaſparem Rejes Franco in Eliſ. jucund. quaeſt. Camp. quaeſt. 14. ſub num. 1. pag. 154. ſexto loco recenſetur, ut ipſa Sanatio ſit undequaque perfecta, non manca. Nàm cum hujuſmodi opus procedat ex cauſa ſupernaturali perfectiſſima in ſe, illud quoque debet undequaque eſſe perfectum, & abſolutum, adeò ut metaſtaſis unius Morbi in alium quamvis leviorem non ſit habenda pro miraculoſa; non enim praeſſertà poteſt dici undique perfecta, dum praefata Monialis in gravem febrim incidit; idque etiam confirmatur ex traditis à Troil. Malvet. de Sanct. Canoniz. dub. 3. num. 52. tract. tom. 14. fol. 101., & Sebaſt. Medic. de mirabil. oper. Dei lib. 1. quaeſt. 22. requirentibus, quod miracula Sanationum fiant ſine dolore &c.*

Si ergò non obſtante hac difficultate fel: mem: Clemens X. Sanationem hanc approbavit, ut miraculoſam, ſignum eſt, quod haec Sac. Rituum Congregatio canonizavit ſecundam Sententiam, & conſequenter, quod in caſu noſtro, haud obſtante ſcrupulo mox excitato à Reverendiſſimo Fidei Promotore, ſanatio P. Horatii Riminaldi miraculo ſit adſcribenda; cum non ſit contra rationem miraculi, quod fiat cum dolore illius, qui miraculosè ſanatur, ut ex D. Marco *cap. 9.* ubi de puero vexato à ſpiritu ſurdo, & muto, qui ad praeceptum Domini exclamans, & multum diſcerpens eum, exiit ab eo, & factus eſt ſicut mortuus; ità ut multi dicerent, quia mortuus eſt, & in Vita S. Franciſci titulo *de intelligentia ſcripturar.* dicitur: Signo itaque crucis ſuper eum facto, ſtatim qui contractus jacuerat, ſurrexit ſanus, & in Dei laudem prorumpens, ego inquit ſum liberatus. Inſonuerunt autem oſſa renum ejus, audientibus multis, veluti cùm ligna ſicca franguntur, ut refert *Archidiacon. in cap. nec mirum 26. quaeſt. 5. num. 9., Panvin. in relat. S. Bonav. par. 2. art. 6.* & pluribus comprobat *Contilor. de Canoniz. Sanct. cap. 17. num. 18.*

Nec demùm quarta difficultas, & ultimum additamentum Reverendiſſimi Promotoris quicquam urgent; quando dicit, quod in ſanatione, de qua agimus, deficiat inſtantaneitas, quod ex dicto XI. Teſtis oſtendit *proc. fol. 205., & Summ. additionali* §. 4., quia ex una parte Teſtis citatus non excludit inſtantaneam ſanationem; ſed potiùs cum ſumma heſitatione aſſerit, quod ſibi viſum fuerat in eo mane ſecuti miraculi ibi = *Io non l'hò mai veduto con il baſtone* [loquitur Teſtis de tempore poſt ſanationem] *è ben vero, che mi pareva, e può eſſere, che li miei Occhj m'ingannaſſero, che la mattina medeſima, e doppo andaſſe un puoco attentone &c.* In qua quidem depoſitione maximè ponderanda ſunt ea verba *mi pareva, e può eſſere, che li miei Occhi m'ingannaſſero*; quę ſanè verba concurrere minimè poſſunt cum aliis caeterorum Teſtium, qui uniformiter affirmant, quod P. Rimiualdi ſtatim poſt invocationem, & eodem mane omninò liber evaſit. Imò idem Teſtis XI. paulò antè recenſita verba dicto *Summ. additionali* §. 4. in-

4. inquit ibi = *non poſſo deporre altro, che quello mi diſſe il Prete Fioretti, che seguì ſubito la ſua ſanazione, e che lo viddi l'iſteſſa matina aſſiſtere alla Meſſa Cantata ſenza baſtone.* Inſuper ipſe §. 17. ibi = *Si ſciolſe tutta quella parte, e reſtai totalmente libero, come ſono adeſſo, e cominciai à paſſeggiare per la Chieſa con iſtupore di tutti, e riportai da per me il Calice in Sagreſtia, e laſciai all'Altare la mazza, ò baſtone, con il quale mi ero portato al detto Altare &c.* §. 28. *rimaſi ſubito, e del tutto libero*, & II. Teſtis §. 57. *rimaſe in ſubito &c. libero, e ſano perfettamente*, & §. 58. ibi = *terminato il Sagrificio della Meſſa ritornò libero, e ſpedito nel piè ſiniſtro, come ſe mai non aveſſe patito tal malatia*, & III. Teſtis Medicus §. 88. ibi = *Poter deporre, che &c. rimaneſſe in un tratto ſciolto, libero, e ſano dell'impedimento, che lo travagliava nella parte ſiniſtra &c.* & §. 90. ibi = *eſſere la verità, che terminata la Meſſa ſe ne ritornò con piede libero, e ſpedito, come ſe mai non aveſſe patito detta Malatia &c.* Teſtis VI. §. 99. ibi = *talmente, che l'iſteſſa matina fece da Subdiacono alla Meſſa Cantata &c.* & §. 127. ibi = *eſſer veriſſimo, che terminato il Sagrificio della Meſſa con paſſo libero, e ſpedito, come ſe mai aveſſe ſofferto tal male, & infermità ritornò in Sagriſtia &c.* Teſtis Medicus Galleni §. 135. ibi = *Nel ſentir poi, che la matina della Feſta della Beata Giuliana nel celebrare la Meſſa al ſuo Altare reſtò libero, e ſano in un tratto, conforme di li à poco portatomi à detta Chieſa nella medeſima matina lo viddi venire libero, e con paſſo veloce, e vivace ad incontrare V. S. Illuſtriſſima, e Reverendiſſima alla porta di detta Chieſa*, & §. 1,2. XI. Teſtis §. 155. ibi = *Ritornò detto Padre Riminaldi in Sagriſtia, piangendo per allegrezza, e gridando Miracolo, Miracolo, ſono guarito, e con gran franchezza, e ben forte batteva l'uno, l'altro piede in terra &c.* & § 167. ibi = *terminato il Sagrificio della Meſſa, ritornò con paſſo libero, e ſpedito, come ſe mai aveſſe patito tal malatia nello Sagriſtia di detta Chieſa.*

Igitur à primo ad ultimum, omninò fatendum eſt, quod XI. Teſtis, cui viſus fuerat P. Riminaldus progredi *attentone* toto cœlo aberraverit & re ipſa caligaverint oculi ejus, ut ipſe timuit = *può eſſere, che li mieī Occhj m'ingannaſſero.* Ne dicamus, quod Sanatus ipſe, & tot alii Teſtes, contra fidem in jurejurando præſtitam falſum quid coram Judicibus Apoſtolicis aſſeruerint.

Conſtito igitur de morbi hujus, aut omnimoda inſanabilitate, aut de difficili ejuſdem curatione, conſtito innegàbiliter de Invocatione Beatę Julianæ, & conſtito demum de inſtantanea, perfecta, diuturna, & perpetua ſanatione P. Horatii Riminaldi, nihil aliud ſupereſt, quam, ut hęc Sacra Congregatio dignetur reſpondere, conſtare de miraculo prout omninò ſperamus, & humillimè ſupplicamus.

Quare &c.

Digitized by Google

PETRI ASSALTI
RESPONSIO
Ad Animaduerſiones Reuerendiſsimi Fidei Promotoris
SVPER IV. MIRACVLO.
Beatiſſime Pater.

QVamuis paralyſis hæc momento depelli niſi Diuina vi non potuiſſet, vt iam demonſtrarum: pauca tamen objicit Rm̃us Promotor ex phyſicis petita, quæ ſigillatim, atque ordine diluere aggredior.

Primo Medicis auxiliis Patris Riminaldi ſanitatem acceptam referendam eſſe contendit. Non inficior quidem prædictum Patrem remediis vſum fuiſſe, ſed incaſſum, vt idem teſtatur: Paralyſis enim eorum vſu nihil remiſit, ſed perpetuo eodem modo viguit, vt in diſſertatione oſtenſum eſt; atque ægrotus ſic luculenter teſtatur §. 15. *Era vn meſe, e mezzo, che non ſentiuo nello ſtato in cui ero miglioramento, e la parte offeſa era ſtata ſempre nel medeſimo modo.* Immo per ſeſquimenſem, vt ibidem dictum, ægrotus à medicamentis ſuperſedit, antequam ſanaretur. Quare ſi fieri potuiſſet, vt ſinè cœleſti ope illico conualeſceret; natura potius, quam ars medica id ſibi vindicaret, verùm quia ſecundum conſueras naturę leges grauis paralyſis, præſertim iis conditionibus adiunctis, ad punctum temporis tolli non poteſt, vtraque eſt repudianda, acceptaque ſalus tantum Beatæ Iulianæ precibus procul dubio tribuenda.

Nec quicquam efficit Pauli Zacchiæ, quam adducit, auctoritas: poſſunt enim remędia, intermiſſa, licet opitulari ægrotis, ac morbum depellere; ſed ſenſim ſine ſenſu, non autem temporis momento: & quamuis demus Zacchiæ, euenire poſſe ut aſſumpta pharmaca, longo poſt tempore criſim cieant, ac breui morbos diſcutiant: nihil inde ad rem noſtram; nam noſter paralyticus ſine vlla criſi ſanatus fuit (neque morbi chronici, vt alias demonſtrauimus, per criſim finiri ſolent, ſed per lyſin) Qui verò per criſim, licet breui, non tamen momento recreantur; ſemper enim poſt criſes quantumuis perfectas remanent quædam morbi veſtigia omnium medicorum iudicio. Neque ab hac ſententia abhorret Idem Paulus Zacchias q. Medicoleg. lib. 9. cons. 7. *Ex ipſius facti ſerie elucet naturà ſimul, & artis medicæ inualiditas ad eius morbi ſanationem, cum tot annis neque ipſa natura, neque ipſa ars tot adbibitis medicamentis per tres inſigniores Medicos; quorum fama, & ſcripta ad nos peruenerint nihil profecerint.* Quare diutius, et fruſtra uſurpata remedia, mali potius grauitatem declarant, & miraculum potius illuſtrant quam obſcurent.

Secundo paralyſim hanc ex eo leuem fuiſſe oſtendit, quod motu tantum, non autem ſenſu ægrotum priuaſſet: quæ quidem difficultas minimo negotio expeditur: Non enim nego paralyſim accedente quoque ſenſus priuatione grauiorem fore: ſed non exindè ſequitur paralyſim qua

de

de agimus leuem fuiſſe ; grauiſſimam enim demonſtrauimus in diſſertatione : nam erat uera , & perfecta paralyſis , quæ ſecundum Galenum conſiſtit in motus abolitione , ut dictum eſt ibidem ; & compluribus grauibus conditionibus comitabatur ; inducta enim fuerat ab Apoplexia ; erat inueterata , in ſenili corpore ; contractionem adiunctam habebat , motumque penitus abſtulerat : Quæ quantum momentum ad morbum augendum afferant, fuſe iam explicatum in eadem diſſertatione .

Quod autem ſubiungit noſtrum paralyticum non omnino fuiſſe impeditum , cum per vrbem ambularet nihil proficit : non enim ut grauis dicatur Paralyſis opus eſt, ut ægrotus omnino ſit immobilis , ſoli enim Apoplectici defixi , atque omni motu deſtituti jacent ; paralyſis autem occupat tantum aliquam , uel plures partes , non autem vniuerſum corpus ; tumque grauis cenſetur , cum affectam partem motu prorſus deſtituit ; Pater autem Riminaldus reſolutis licèt muſculis tibiam , ac pedem mouentibus, quod muſculi femoris non omnino eſſent læſi , fulcri adminiculo poterat , licet ęgre crus emortuum potius trahere , quam motu organico intrinſecus agere .

Tertio , Miraculum prorſus repudiat quod paralyſis non ſine quodam doloris ſenſu fuerit ſublata . Hoc autem argumentum tum Phyſicis , cum Theologis expendendum videtur . Quod ad phyſicas rationes attinet, ego ſic exiſtimo : Si dolor efficere poteſt, vt malum graue , difficile, atque inueteratum, temporis momento integre ſanetur; non repugno, quin Patris Riminaldi ſalus naturæ viribus ſit tribuenda; ſed cum non videam, quomodo dolor præſtare poſſit , vt paralyſis adeo grauis temporis puncto diſcuteretur; profecto citra diuinam virtutem depelli non potuit. Quid enim amplius efficere poteſt dolor, quam cæteræ cauſæ naturales ? Atqui iſtæ vim habent definitam, ac circumſcriptam, quæ morbos ſenſim, non autem momento tollant. Quod vt clarius exponam liceat rem paulo altius repetere, ac doloris naturam breuibus explicare . Eſt itaque dolor moleſtus animi ſenſus, ex fibrarum neruearum peculiari motu excitatus : quare non alia ratione poteſt agere in morbi cauſas niſi ſpirituum animalium motu vehementiori, ac fibrarum ſolidarum concuſſione . Quæ cum ita ſint; quę ſpirituum agitatio , quæue fibrarum ſolidarum concuſſio tanta eſſe potuit , quę vitiatam neruorum ſtructuram illico reſtitueret ; pituitamque tenacem intimis eorumdem medullis impactam , euelleret, ac diſcuteret; ac fluidi neruei vias con-

Veſeſtim aperiret ?

rum quantulumcumque id ſit, quod dolor ad morborum curationem confert, nihil profecto contulit ad motum reſtituendum in crure paralytico Patris Riminaldi: non enim motus ex dolore, ſed dolor ex motu conſecutus. Id quod ex teſtium verbis apparet, atque ratio ipſa ſuadet: Siquidem liquor cerebri diſcluſis repente meatibus , canalibuſque nerueis, repente, atque impetuosè per neruorum ductus irrumpens, ex motus vehementia dolorem excitauit; præſertim verò in affecto crure ; quod cum ſitu minus apto ob paralyſim contractum teneretur, repentino, ac vehementi motu in poſituram longe diuerſam illico fuit impulſum: quod fieri non potuit, niſi magna fibrarum neruearum , ac tendonum diſtractione, & dolore; quod etiam euenire paſſim obſeruamus in vehementibus ſanorum artuum iactationibus . Quare non videtur per dolorem miraculi perſpicuitatem obſcurari: nam tota miraculi ratio, & momentum in eo conſiſtit, vt corpus in priſtinum ſanitatis ſtatum reſti-

ſuatur ,

ſanatur, ac in re noſtra, vt motus interceptus paralytico cruri reddatur, inſolita ratione, ac vltra naturæ facultatem. Etenim corpus ægrotum diuina virtute ſanatum, non ea eſt conditione vt dolori amplius non ſit obnoxium: ſed vt cætera corpora, quę ſponte, & natura ſua ſanitate ſunt prędicta oblata occaſione, dolore corripitur: vt enim ſecus eueniret duplici miraculo opus foret, altero nimirum quo ſanaretur, altero, quo deinceps dolore vacaret.

An autem diuinæ Bonitati alienum ſit ęgrotos per cruciatus ſanare? Id quidem Theologis ſtatuendum relinquo. Hoc vnum addo, me valde moueri ſummi Theologi auctoritate Cardinalis de Laurea, qui ſic concludit (a) *Si in miraculo interueniat aliquis dolor in ſubiecto, quod ſanatur, id non officit miraculo, dummodo concurrant alia ad miraculum requiſita*. Idque multis miraculorum exemplis, tum ex Sacris literis, tum ex Sanctorum hiſtoriis illuſtrat, ac confirmat.

(a) *De miracul. diſput. 20. art. 21. n. 896. & ſequ.*

R E V I S A.

Io: Zuccherinius Sub-promotor Fidei.

QVARTVM MIRACULUM

Inſtantaneæ Sanationis Patris Horatii Riminaldi à Paraplegia Apoplexiæ ſuccedanea; quæ pro quarto Miraculo proponitur in Poſitione.

Beatiſsime Pater.

SAnationis inſtantaneæ hiſtoriam Liviæ Quarantotto de Sanis in Summario fusè exaratam, ac pro tertio quidem traditam Miraculo, perlegens, cum Teſtium de præfatâ Sanatione potiſſimùm depoſitiones in examen revocaverim, neq; talem diſcuſſæ ægritudinis magnitudinem, neq; tantam ipſius pervicaciam mente aſſequi valui, ut Miraculo ægrotantem convaluiſſe, tuto, fidentique animo, pro veritate ſcripturus, affirmare potuerim. Non ita tamen mihi eveniſſe ſentii, cum ad alteram, quæ proximè inſequitur, devenirem; ad hiſtoriam videlicet Sanationis Rev. P. Horatii Fortunati Riminaldi Sacerdotis Profeſſi Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, naviter in eam, ſolerterque inquirens; quæ in eodem Summario pro quarto Miraculo exponitur. Sanationem hanc quippe, id mihi præ cæteris, B.P., hiſce, quæ ſubſequuntur, ſuadentibus argumentis, Miraculo prorsùs adſcribendam procul ab omni dubio putavi.

Primò, Paralyſis, de qua agitur, quaque Sacerdos noſter detentus fuerat, tum ob ſui *qualitatem*, tum ob temporis *diuturnitatem*, incurabilis planè judicanda erat.

Secundò, ab eâ affectione, ſuaptè natura gravi licèt ac pervicaci, in inſtanti tamen ipſum omninò convaluiſſe apertiſſimè conſtat.

Quamlibet Paralyſis ſpeciem gravem eſſe morbum, vel ipſum nomen ægritudinis ſignificat, quæ *Syderatio* quoque dicitur, ſcilicet *Emortuum* quaſi, ac *Sphacelatum*. Attamen ſi Paralyſis differentias accurratè conſiderabimus, prout Ettmullerus (*a*) præſertim conſiderandas proponit, hanc Sacerdotis noſtri Paralyſin graviorem fuiſſe intelligere quiſque poterit. *Paraplegiam* ſiquidem potiùs quàm veram Paralyſin extitiſſe pronunciare debemus; Eò quòd aut motus, aut ſenſus, aut vterque, qui in utraque hac Paralyſi aboleri debent, in verâ aboleantur vitio partis ipſius paralyticæ: *In Paralyſi*, Ettmullerus inquit, (*b*) *afficiuntur nervi in progreſſu, et inſerſione imprimis* muſcu-

(a) *Coll. Pract. Sect.3.art.3.cap. de Parapleg.*

(b) *Loco citat.*

muſculi , et in ſpecie tendines , et artus . At in Paraplegiâ nervi læduntur ipſi non procul , aut à cerebro , aut à medullâ oblongatâ . Id utique indicat Paraplegiam ſuccedaneam ſemper ſore levis Apoplexiæ : *Fit Paralyſis aliàs ex debili Apoplexia,* auctoritate Fernelii ſcribebat olim Foreſtus (*c*) , *ac tum propriè Paraplegia appellatur ; aliàs ex ſtupore ſenſim aucto , qui Paralyſis eſt nuncius . Illa quidem gravior, ac periculoſior eſt, ac ſæpe in Apoplexiam recurrit ; hæc verò mitior , at nihilominùs pertinax .*

(c) *Obſer. lib.* 10 *obſ.* 81 *in Schol.*

Paralyſin autem hanc Apoplexiæ ſucceſſiſſe habemus præſertim ex operâ non minùs , quàm ex ore Doct. Phyſici Valerii Galleni , qui , vt præſens , præſentaneam attulit opem ictu apoplectico ægrotanti percuſſo , cum, vt recentem in eo ſolveret apoplexiam, venam illicò ſecare juſſit : *Ritrovandomi nella Chieſa di S. Antonio de' PP. dell'Ordine de' Servi di Marià , in giorno di Venerdì, in occaſione, che vi era l'Eſpoſitione del Santiſſimo, nel mentre , che data la Benedizione ritornauano detti PP. nel Convento , ò nel Coro, ed io ero rimaſto inginocchione ad orare , ſentij vn gran tumulto nel popolo , che vi era , e domandato coſa foſſe , mi fù riſpoſto eſſer caduto vn Padre , ed io non ſapendo , che caduta foſſe non mi moveva , quando venne il Teologo Garbi , e mi rapprenſentò eſſer ſeguito un accidente al P. Riminaldi , e mi pregò voleſſi andare à riconoſcerlo , onde io portatomi in Convento , lo ritrovai nelle braccie del P. Cioſſini , & in mezzo ad altri PP. che lo aggiutauano , e fattolo portare , perche non poteva muoverſi nella prima Camera , che s'incontrò , che mi diſſero eſſere la Camera del P. Reuerendiſſimo Roſſi , e fattolo porre ſopra il letto , e riconoſciuto eſſere un'accidente apopletico , li feci cavar ſangue dal Ceruſico Prò .* (*d*) Atque ex eâ quidem ſanguinis miſſione tantùm ſibi emolumenti comparavit apoplecticus , vt inde, veluti experrectus , ac reſipiſcens, corporis, animique facultates , non ità pridem dejectas , ac penè dicam , deletas exercere mox potuerit ; non adeò tamen, ut ſiniſtri lateris brachium unà , & crus , quæ cum cæteris partibus in paroxiſmo collæſa intimè fuerant perniciem ab eo inſultu contractam, adhuc imposterùm non retinuerint ; brachium ſiquidem labefactatum motui longè minùs deinceps ſufficere cœpit ; item & crus ſyderatum prorsùs , atque enerve , reſolutumque apoplexiam in Paralyſin ejuſdem lateris tranſiiſſe indicauerant : *Fattoli cavar ſangue ritornò in ſentimenti , e nell'operazione della mente , che per avanti auea perduto ; ſi ſciolſe la lingua , che avanti auea legata , e conobbi &c. Ma il braccio ſiniſtro l'alzò con difficoltà , e tremore ; il piè poi ſiniſtro non puotè punto muovere , onde conobbi , che l'accidente apopletico era degenerato in vna Paraliſia della parte ſiniſtra* (*e*) .

(d) *Sum. p.* 194. §. 132.

(e) *Summ. loco citat.*

Symptomatum itaque ſeries jam enarrata , eorumque deſcripta , conſtitutio, & qualitas, eſſentiam primò in affectione P. Riminaldi veræ apoplexiæ oſtendunt, quæ apud Galenum (*f*). *Omnibus*

(f) *De loc. aff. lib.* 3. *cap.* 10.

bus

bus animalibus actionibus noxam inferens, cerebrum affectum eſſe manifeſtè declarat. Cum autem *omnes nervi tum ſentiendi, tum mouendi vim amiſerint, apoplexia huiuſmodi affectio*, ita docente præfato Auctore, (g) *appellatur*. Apoplexiam deinde factam fuiſſe Paralyſin, ſiue ſatiùs *paraplegiam*; affectionem videlicet, quæ majus quidem periculum infert, aut curatu ſaltem longè difficilior haberi debet, ex Sennerto potiſſimùm, *ob cauſæ vehementiam, ob confirmatam Spirituum imbecillitatem, & ob metum recidiuæ, nam paralyſis apoplexiam excipiens ſæpè in eandem recidit* (h).

(g) *Galen. loco cit.*

(h) *Prax. Med. lib. primo par. 2. cap. 27.*

Quin hoc in eodem caſu reverſam legimus apoplexiam, quæ ut diſcuteretur ſanguis iterum cucurbitulis admotis ſcarificatis eductus eſt, & veſicantia appoſita ſunt; quibus, ſuperſtite quidem ſemper paraplegia, ceſſit quodammodo apoplexia: *Dopo alcuni giorni eſſendo di nuouo attaccato d'altro ſimile accidente le feci fare le coppette à taglio, & i veſicanti &c. rimaſe la parte ſiniſtra tuttauia offeſa* (i). Hæc teſtatur Phyſicus Fabretti, qui ægrotantis curationem, utpotè Monaſterii Medicus ordinarius, ſuſceperat. Id confirmatum quoque habemus ex Teſtimonio P. Garbi, qui porrò non ſemel tantùm, at ſæpiùs, morbi curſu, in leves apoplecticos inſultus recidiſſe affirmat Ægrotantem noſtrum: *In queſto tempo patiua qualche accidente, che lo neceſſitò à farſi cauar ſangue, e ſempre nondimeno reſtò leſa la parte ſiniſtra* (k).

(i) *Sum. p. 183. §. 68.*

(k) *Sum. p. 188. §. 95.*

Quæ igitur fuerit hujus morbi magnitudo jam indè patet, cum in eo pars affecta ſit, vel cerebrum ipſum, vel ſaltem nervorum, medullæque oblongatæ principium, atque interiora. Quamobrem Paralyſes hujuſmodi imperfectam apoplexiam, non injuriâ, appellare conſuevit Bellinus. (l)

(l) *De morb. cap. ubi de Paralyſ.*

Hæc autem de morbi naturâ, deque ejus gravitate, rationibus æquè, ac graviſſimorum hominum auctoritate ſuffultus, in genere præmittenda ideò exiſtimavi, ut quale gravitatis momentum ea, de quâ nunc agitur, paraplegia haberet, ex maturâ eorum conſideratione, citrà negocium, quiſquis ſibi haurire queat. Quod, ut faciliùs is aſſequatur, tria hic in examen revocare conducit; tempus nempè, quo morbus duravit; ætatem Ægrotantis; & morbum concomitantia ſymptomata.

Quæ temporis ſunt, reſpiciunt alia dies morbi, alia medicamenta præſcripta; alia denique anni tempus, quo morbus ipſe vigebat.

Pro morbi diebus ſex enumerantur menſes, quorum duobus integris aſſiduè miſerè decubuit Æger, utì habemus ex teſtimonio Medici curantis: *Il detto male fù oſtinato ſei meſi*. (m) *Continuò a ſtare in letto due meſi in circa*. (n)

Morbi præfata diuturnitas perdifficilem, ac, penè dicam, ejus ſolutionem indicat deploratam; indicat nempè nervorum ſubſtantiæ medullari humorem penitiùs inhæſiſſe peccantem, qui ubi altas ibi egerit radices, ſtagnando tandem concreſcit, eorumque mollem ſubſtantiam vitiat, labefactat, atque, ut ita di-

(m) *Summario pag. 184. §. 72.*

(n) *Summario p. 183. §. 69.*

dicam, invertit. Hinc ſit, ut morbus ex humorali organicus procreetur, incurabilis indè evaſurus. Hanc ob cauſam ſolutionis ſpem ineſſe ajebat Ettmullerus, (o) ubi *vaga* paralyſis eſſet, quinimmò apud ipſum *quo magis vagum eſt malum, eo major curationis ſpes*.

(o) *Loco cit. in prognoſi.*

Enimverò morbi diebus non otiosè quanvis elapſis adhibitis nimirùm licèt, atque in uſum opportunè revocatis univerſis, quæ hiſce in caſibus, juxtà leges artis, præſcribenda occurrunt præſidia, nullum tamen vix unquam ex iis ſibi commodum nactum fuiſſe Ægrotum Medicus curans ingenuè faſſus eſt: *Eſſendo ſtato medicato colli medicamenti proprj, che ſi aſpettano a tali indiſpoſitioni, e dopo ancora ſei meſi di tempo non eſſendo guarito &c.* (p) Certiſſimum indicium morbi malitiam medicamentorum facultate longè majorem extitiſſe. Eoque magis, quod neque vim ſuam exererent etiamſi roboris plurimum iis impertiri debuiſſet anni temporis, quo adhibita fuerunt, opportunitas: Veris nempè, quod morbis hiſce ſolvendis, diſcutiendiſque apprimè accomodatum cenſemus, eò quòd tum aer calidior pulmonibus inſpiratus, ac per cutis poros ampliores uberior intùs immiſſus, eâ, quâ pollet activâ, atque idoneâ tepiditate, craſſiores, ſi qui conſiſtunt in canaliculis, humores atterit, ſubigit, extenuat, ac foras ſecum educit. In caſu noſtro in Æſtatem jàm ceſſerat Ver, neque ulla futuræ ſolutionis aderat ſpes; deſperatæ igitur ſolutionis jure quidem habendus erat morbus. *Hyemis tempore Paralyſis curari nequit*, Riverius docet (q) *Vere autem, & Æſtate curatio obtineri poteſt, ſi cætera conſentiant*.

(p) *Summario p. 183. §.65.*

(q) *Prax. lib.1. cap.5. de paral.*

At cætera minùs etiam hic conſenſiſſe inferiùs demonſtrabo. Quod cum, vel curanti Medico propemodum innotuiſſet, effecit, ut is in depoſitionibus protulerit: *Non ritrovandoſi tutto il profitto neceſſario da i medicamenti, ſi laſciò di medicarlo &c* (r)

(r) *Summario p.184. §.69.*

Non conſentiebat quidem Ægrotantis ætas, qui in ſenio jamdiu conſtitutus (quoniam cum apoplexia percuſſus eſt, quinquageſimumſextum jam agebat annum), *excrementis* quidem *humidus erat*; hæc enim habet de ſenibus Galenus, (s) *propria autem ſubſtantia ſiccus*. Affluentiùs igitur excrementitiis per ætatem congeſtis humoribus; iiſque ſolida, per ætatem jàm labefactata, occupantibus, ætatem ipſam graviorem morbum reddidiſſe, ejuſque ſolutioni minùs conſentiſſe ſatis ſuperque liquet. *In ſenibus incurabilem eſſe Paralyſin*, olim docuit Riverius (t). In ſenibus, inquit, non in decrepitâ ætate, ut indicaret in quocumque ſenectutis gradu incurabilem eſſe Paralyſin. Hinc ab Hippocrate (u) inter morbos ſenibus familiares ſyderationes recenſentur.

(s) *Lib. 2. de temperam.*

(t) *Prax. Med, lib.5. cap.5.*

(u) *Aphor. ſect.3 aph.31.*

Non conſentiebant inſuper morbum concomitantia ſymptomata: deperdita nempè prorſus ſeſe movendi affectæ partis facultas, atque ejuſdem enormis contractio.

Crus ſiniſtrum motu prorſus deſtitutum fuiſſe ex ipſius Ægrotan-

tis

ſis ore luculenter habemus: *Col piè ſiniſtro non potevo camminare, perche lo ſtraſcinavo dopo di aver portato le crocce, con un baſtone*. (x) Id ſignificat oppletam omnimodè, obſtructamque nervorum intimam ſubſtantiam fuiſſe. Quare interdicto prorſus ſpirituum animalium per nervos influxu, ac fibris propterea muſcularibus, nec non muſculis ipſis flacceſcentibus, ut inutile quaſi pondus trahendum erat deindè crus ſiniſtrum: *lo ſtraſcinavo con un baſtone*.

(x) *Summario pag.176. §.25.*

Partem affectam, *contractam* inſuper, atque *convulſam* fuiſſe inter Teſtes complures, qui id apertiſſimè teſtantur, habemus præ cæteris Patrem Garbi: *reſtò leſa la parte ſiniſtra, & il piede attratto, che non lo poteva poſare in terra*.

In convulſionibus, ſivè affectibus ſpaſmodicis cauſam morbi ſuam firmaſſe ſedem aut in cerebro, aut in cerebello, aut in nervorum principiis unanimi conſenſu Auctores omnes melioris notæ tum Antiqui, cum Recentiores tradiderunt. Hippocratis, & Galeni ſolemnis eſt Sententia,qui convulſiones à *repletione*, *& inanitione* fieri dicebant. Hanc ſectatus Sententiam Riverius, (y) quibus in caſibus convulſiones à repletione fiunt, id evenire judicat, quoties *humor pituitoſus ad nervos influens, eos diſtendit ſecundùm latitudinem, undè ſecundùm longitudinem contrahi neceſſe eſt*. Hanc ſequitur quoque Sententiam Bellinus (z) eamque juxtà mentem Hippocratis, & Galeni doctè, fuſiùſque exponit. Hæc igitur contractio certiſſimum eſt indicium nervos intimè ac maximè læſos extitiſſe; pituitoſo nempè, aut craſſo, inertique humore occupato, ita, ut inde enormiter cõtrahi debuerint. Eo utique rem deveniſſe ſcimus. Paraplegia igitur P. Riminaldi, aut nequaquam ſolvi potuiſſet, aut ſaltem ſolutu per quam difficilis judicanda erat. *Si ſupervenit ſucceſſivè contractura*, hæc habet Ettmul. (aa) *& immobilitas, difficilior, & gravior ſolet eſſe curandi ratio*.

(y) *Prax. Med. lib.1. cap.6.*

(z) *De morb.cap. ubi de convulſ.*

(aa) *Coll. Pract. lib.2.c.3.art.3.*

Verùm aut incurabilis, aut curabilis extiterit P. Riminaldi Paraplegia, curari quidem non potuiſſet, niſi paulatim, & ſenſim pluribus adhibitis medicamentis, *quorum diuturnus uſus*, admonente Riverio, (bb) neceſſarius eſt. Hinc morbus hujuſmodi inter chronicos affectus recenſetur. *Chronicus, & longus effectus Paralyſis omnis*, inquit Sylvius. (cc)

(bb) *Pract.lib.1. cap.5.*

(cc) *Prax.Med. lib.2.c.22.§.51.*

Non equidem, niſi paulatìm, & ſenſìm per vim medicamentorum activam morboſum humorem penitioribus corporis partibus, intùs ſcilicèt nervis inhærentem ſolvere, atque educere, ſivè alio quovis pacto evincere Arti Medicæ datum eſſet. De hac curatione loquutus iccircò Ettmullerus, deque hujus morbi pervicaciâ, *omnem*, inquit, *Medici operam eludit, niſi fortioribus ſit, & generoſis inſtructus remediis*. (dd)

(dd) *Coll. pract. ſect.3.c.3.art.3.*

Id præcæteris innotuit celeberrimo Valleriolæ, qui in obſervationum libris (ee) poſt narrationem curationis à ſe peractæ in Paraplectico Gallo Sacerdote, qui ſenior quanvis eſſet, quàm noſter P. Riminaldi, non tamen illius paraplegiam apoplexia præceſſerat, neque adeò contumax, & medicamentis rebellis

(ee) *Lib.4. obſerv.4.*

mor-

morbus in eo fuerat, neque affectæ partis convulſio acceſſerat; poſt narrationem, inquam, hujuſmodi feliciter à ſe peractæ curationis, in quâ tùm internorum, tùm externorum medicamentorum uſu diù protracto morbus in dies paulatìm, & ſensìm decreſcens, omninò tandem evanuit, perindè ac ſi, quòd ſanitatem recuperaverit Sacerdos Gallus, neque ſolertiæ ſuæ, neque medicamentis à ſe præſcriptis eo in caſu adſcribi poſſe diffideret, hæc in obſervationis calce addit: *quod ego profectò pro Miraculo habeo, & Dei potentiæ magis, quàm medicamentorum viribus factum arbitrari oportet, quod, & ægritudo ipſa ſuaptè natura incurabilis fermè ſit, præſertìm in ſenibus, et quod in tanta ætate convaluerit à tanto morbo æger, id Dei immenſæ potentiæ adſcribendum*.

At Dei Omnipotentis digito *immediatè* adſcribendam ipſe non cenſeam inſtantaneam hanc ſanationem diuturnioris, ac pervicacioris Paraplegiæ, in quâ curanda præſcripta medicamenta talem opem attuliſſe ex curantis Medici teſtimonio ſcimus, ut ſatiùs, exiſtimatum ſit ab iis prorsùs abſtineri?

De inſtantaneâ autem ſanatione dubitari non licet; hæc enim acta eſt inter Miſſæ celebrationem, adeout qui ad Altare mancus, & claudicans, baculoque innixus acceſſerat, ab Altare receſſit expeditus, ac ſanus, baculoque ibi relicto, propriis manibus calicem, cui ſubſtinendo priùs non ſuffecerat, retulit in Sacrarium; quò ubi vix acceſſit collachrymans, ac præ lætitia veluti geſtiens, in declarationem potiſſimùm miraculi, utroque pede, at ſiniſtro magis, qui paulò antè paraplecticus, ac convulſus fuerat, vehemēter terram pulſavit. Id luculentiùs narratum habemus à R. Sacerdote David Fioretti oculato teſti *(ff)* *Sento che ritorna detto P. Riminaldi in Sagreſtia piangendo per allegrezza, e gridando* Miracolo Miracolo, *ſon guarito, e con franchezza, e ben forte batteva l'uno, e l'altro piede in terra, replicando Miracolo grande, ſon guarito, e ſopragiunto ivi il P. Garbi, et interrogatolo, che coſa gli foſſe ſucceſſo, replicò: ſon guarito, e di nuovo cominciò a battere i piedi in terra, e particolarmente il piede ſiniſtro impedito*.

(ff) *Summario* p. 199. §. 155.

His ità, PATER SANCTISSIME, maturè conſideratis, P. Riminaldi Paraplegia, tùm ob ſui *qualitatem*, cum ob temporis *diuturnitatem* gravis, & pervicax, quod in inſtanti ſoluta ſit, Naturæ Facultatibus adſcribi non poſſe judicantes, id per Miraculum ad interceſſionem B. Julianæ contigiſſe exiſtimamus, ſanctèque affirmare non dubitamus.

Alexander Paſcoli Protom. Gen.

REVISA

Jo: Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

ANIMADVERSIONES

SVPER V. MIRACVLO.

Aſſerta inſtantaneæ emiſſionis fœtus in Vtero à pluribus diebus iam mortui.

SVper hoc aſſerto miraculo non cõtemnendæ occurrunt difficultates. Prima autem conſiſtit in eo, quod ad præſeruandum Mariam Magdalenam à periculo partus varia remedia adhibita fuerunt, vt habetur ex confeſſione Medici *Proceſſ.fol.*164.; cum qua concordant Thomaſia Nocchi Obſtetrix *Proceſſ. fol.*178. *circa medium*. Et ipſamet Maria Magdalena *Proc.fol.*136. *circa finem*, quæ cùm ſupponi non debeant malè proportionata, vtpotè quæ fuerunt ſubminiſtrata Patienti, Medico, & Obſtetrice jubentibus, ad horum actiuitatem, & non ad miraculum præſeruatio Mariæ Magdalenæ eſt referenda iuxta ea, quæ in ſuperioribus probata ſunt.

Conſiſtit ſecunda difficultas in inuocatione; obſeruandum etenim proponitur id, quod legitur in *proc.fol.*139.*tergo*, vbi ipſius Mariæ Magdalenæ Parturientis depoſitio habetur = *Mi raccommandai in quel tempo di cuore all'intereeſſione della Beata Giuliana, nè mi raccommandai in quel tempo ad altri Santi, e ſolamente in quei deliquij ſuccedutimi doppo il parto, mi raccommandai alla Beatiſſima Vergine, e perciò detta mia liberazione la riconoſco dalla Beata Giuliana, perchè tutta la fiducia l'haueuo in lei, perchè me l'intercedeſſe dal Signore* = Adeoque cum Maria Magdalena inuocauerit vnà cum Beata Iuliana Beatiſſimam Virginem non eſt adſcribendum aſſertum miraculum interceſſioni Beatæ Iulianæ, ſed Beatiſſimæ Virgini, vt obſeruat *Matta de Canonizat.Sanctor.par.*3.*cap.*20.*num.*7.*quæſt.*3.

Nil releuante, quod adiutorium Beatiſſimæ Virginis non fuerit imploratum ante emiſſionem Partus = *E ſolamente in quei deliquij ſuccedutimi doppo il Parto mi raccommandai alla Beatiſſima Vergine* = Quandoquidem ſemper verum eſt dicere, quod inuocatio Beatiſſimæ Virginis ſecuta fuerit, antequam eadem Maria Magdalena Patiens liberata fuerit à periculo partus, cum adhuc poſt emiſſum partum eſſet in periculo vitæ ex cauſa dictorum languorum prouenientium ex eodem partu, à quibus per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis omnino liberata remanſit, & per conſequens aſſertum miraculum interceſſioni Beatiſſimæ Virginis, non autem Beatæ Iulianæ tribuendum eſt.

Tertia difficultas promanat ex eo, quod dicta Maria Magdalena non remanſit integrè, & perfectè ſanata à periculo antedicti partus, idque perſpicuè habetur, tum ex ipſa met depoſitione Mariæ Magdalenæ Patientis, quæ ita faſſa fuit in *Proceſſu fol.*140. ibi = *Rimaſi pienamente, e totalmente liberata, e ſentij ſolamente quei deliquij &c. che durarono vn'ora, e ſubito mi ſarei potuta leuare, nè poi ſentij altro, ſe non che dalla parte dell'Vtero doue era cominciata à putrefarſi la Creatura, ſentiuo qualche calore, che durò da quattro meſi in circa* = Tum etiam & quidem magis clarè colligitur ex dicto Mariti eiuſdem Mariæ Mag-

gda-

gdalenæ *Proceſſ.fol.*152. = *Reſtò pienamente ſana, ſolo rimaſe da quella parte doue ſi fece i conti, che foſſe cominciata à puteſarſi la Creatura qualche poco di duolo, mà non l'impediua di fare le ſolite faccende di Caſa, e mi diceua, mi pare da queſta parte ſentirmi vn poco di dolore di quando in quando* = Et tamen certum eſt, quod ſanatio, vt dicatur miraculoſa, & ex cauſa ſupernaturali proueniens debet eſſe integra, & vndequaque perfecta, vt aliàs oſtenſum fuit ex authoritate Zacch. *quæſt. Medic.legal. lib.*4. *tit.primo quæſt.*3. *num.*10. = *Octauam addamus conditionem omnium maximè neceſſariam, & eſt, quod opus miraculoſum ſit vndequaque perfectum*.

Abſque eo quod Poſtulatoribus Cauſæ opitulari aliquo pactu valeat ad probandum aſſertum miraculum inſtantaneæ emiſſionis partus conſideratio, quod miraculi pondus reponi debeat, non tam in inſtantanea emiſſione fœtus, in vtero iam mortui, quàm etiam in eo quod Maria Magdalena peperit abſque vllo dolore, quod vtique de per ſe ſufficiens reputari debeat ad demonſtrandum factum emiſſionis partus fuiſſe miraculoſum, quandoquidem dicta Poſtulatorum conſideratio nullam ſubſiſtentiam habere videtur in facto, nec releuantiam in Iure: Non quidem in facto ſi legatur depoſitio Viri Mariæ Magdalenæ, quæ ità ſe habet *Proc.fol.*148. *tergo* = *In meno di mezz'ora la partorì, e con poco dolore* = & infrà interrogatus in cauſa ſcientiæ reſpondit = *Per eſſermi trouato al tutto preſente, & à pieno informato* = & infrà *Proceſſ. fol.*150. = Interrogatus, quæ opinio fuerit Medici, & Obſtetricis de eodem fætu, reſpondit = *L'vna, e l'altro giudicano, che tal'emiſſione ſeguiſſe ſopranaturalmente, e non naturalmente per la breuità del tempo per non auer auuto doglie, ò poche* = innegabile propterea detegitur, quod Patiens peperit cum dolore.

Non releuant in Iure quatenus etiam Maria Magdalena partum emiſiſſet abſque dolore, quia adhuc hac in re miraculum non eſſet excogitabile, naturaliter etenim defectus dolorum vteri, cauſam habet in Parturientibus à languida, & per inchoatam necroſim quaſi emortua fibroſa vteri textura, quæ tum ad contractionem impotens, tum ad dolores inſenſibilis euadit, vt inquit Franciſcus Mauricius *de Morbis Mulierum prægnantium cap.*31. *pag.*277. Proindeque ſiue ratio habeatur de aſſerta inſtantanea emiſſione fœtus in vtero iam mortui, ſiuè de emiſſione eiuſdem fætus abſque dolore ſemper remanet ex ſuperiùs adductis probatum aſſumptum, quod liberatio à periculo partus dici non poteſt proueniens ex cauſa ſupernaturali, & per interceſſionem Beatæ Iulianæ de Falconerijs.

Additur ſæpe fuiſſe in hac Sacra Congregatione propoſitas conſimiles partus emiſſiones, & ferè nunquam eas fuiſſe inter Miracula recenſitas, & licèt in Cauſa Sancti Pij Quinti fuerit habita tamquam miraculoſa quædam emiſſio fœtus à pluribus diebus in vtero mortui, in eo tamen caſu plures adfuerunt circumſtantiæ latè recenſitæ in ſuffragio pro veritate exarato à bon. mem. Lanciſio, quæ in caſu deficiunt, & ſignanter diuturna præcedens febris Parturientis, magna extenuatio, & debilitas tam quoad Vires, quàm quoad vaſa, vti fusè in citato ſuffragio legi poteſt.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO

Ad Animadverſiones R̄mi Fidei Promotoris ſuper quinto Miraculo.

Inſtantaneæ Emiſſionis fætus à pluribus diebus in utero jam demortui.

Beatiſſime Pater.

SUmus in Cauſa unius partus ſecuti in octovo menſe ſuæ geſtationis fętu triduo ante præmortuo in utero, matre undequaque viribus deſtituta, ſequutus fuit partus ad invocationem B. Julianæ, & ſinè dolore parientis, quæ poſt emiſſum talem fętum optimè, & inſtantaneè convaluit; nihil ergo videtur ambigendum, quin pro miraculo valeat approbari; ut benè probatum eſt in noſtra Informatione.

Tria nihilominùs opponit Reverendiſſimus Fidei Promotor; Primamque difficultatem proponit in principio ſuarum animadverſionum, videlicèt, quod ad præſervandam Mariam Magdalenam à periculo partus, varia artis remedia adhibita ſunt, quod oſtendit ex dicto trium Teſtium, Medici nimirum *Proc. fol.* 164. *& Summ.* §. 91. Obſtetricis *Proc. fol.* 178. *& Summ.* §. 110., & Sanatæ ipſius *Proc. fol.* 136. *& Summ.* §. 10.

Hæc tamen difficultas, quæ à facto emergit, ipſo facto diſpellitur. Medicus enim primo loco allegatus, nec loco à Reverendiſſimo Promotore citatus, nec alibi alium dixit, niſi, quod refertur *Summ.* §. 85. ibi = *e non preſe medicamento di alcuna ſorte &c. perche glie ne dovevo ordinare io, e glie n'ordinai, e sò che altri non glie n'avevano ordinato*, & §. 91. ibi = *non ſi erano pratticati rimedj di ſorte alcuna, & era molto tempo, che non ſi era adoperato alcun rimedio* = ex hoc autem dicto neſcimus, quale contra Miraculum hoc, obſtativum inſurgat; cum Medicus Curæ oppoſitum ex diametro deponat ejus, quod in patrocinium medicæ artis aſſumitur, Obſtetrix autèm §. 110. inquit ibi = *e non preſe, e non aveva preſo medicamenti alcuni, perche non poteva ne meno prenderli; & erano quindici giorni, che non ſe l'era fatto medicamento alcuno*. Ex quo quidem dicto nihil melius colligitur contrà realitatem Miraculi; Et licèt Obſtetrix aſſerat, Sanatam vacaſſe à medicamentis ſolùm per quindecim dies ante ſanationem, & hoc ſufficiat ad verificandum, quod ſanatio ſequuta fuerit ope ſupernaturalis agentis, ut infra dicetur; Verum tamen eſt, quod Sanata per menſem, & dimidium ante ſanationem à prædictis medicamentis vacavit, confiſa dumtaxat præſidio B. Julianę, quam toto cordis conatu invocaverat, & continuò invocabat; ut ex ejus depoſitione

mox ſubjungenda apertè colligitur, & §. 130. eadem Obſtetrix inquit ibi = *eſſere la verità, che poſt in detto eſtremo di Vita, non ricevè medicamento di alcuna ſorte, ne ajuto dall' Allevatrice &c. perche eſſendo io l' Allevatrice non le diedi ajuto alcuno; e non preſe alcun medicamento*. Videamus ergo, an ex dicto ejuſdem Sanatæ reſultet aliquod obſtativum. Citatur hæc à Reverendiſſimo Fidei Promotore. *Proceſ. fol.* 136. *Summ.* §. 10. ibi = *Il Medico però credeva, che la Creatura foſſe ſopita, cioè mezza viva, e mezza morta, & il medeſimo diceva la Balia, e però mi facevano delli fomenti per farla ritornare, e mi facevano medicamenti ſoliti farſi; e ciò seguì del meſe di Ottobre, mà nel tempo proſſimo al parto non mi fecero coſa alcuna*. Et ne in his ultimis verbis = *nel tempo proſſimo al parto* = poſſet quis æquivocari; Reſpondens ad Interrogatorium 19 §. 21. explicavit melius à quanto tempore recuſaverit medicamenta ibi = *Seguì ſenz' alcun rimedio naturale, perch' era un meſe, e mezzo; che non prendevo più medicamento, ne mi facevano più fomenti* = Et in reſponſione ſuper art. 13. *Summ.* §. 33. inquit ibi = *eſſere la verità, che poſta in tal' eſtremo di vita, non preſe medicamento d' alcuna ſorte*. Quibus Teſtibus à Reverendiſſimo Fidei Promotore allegatis addimus etiam duo loca *Summarii* §. 61. ubi Vir Sanatæ inquit, ibi = *ne sò, che in detti tre meſi faceſſero altro, che delli fomenti, quali però ſi erano diſmeſſi molto tempo avanti, che partoriſſe*; & §. 71. ibi = *eſſer vero, che poſta in tal' eſtremo di Vita non preſe medicamento di alcuna ſorte, e niun' altro ajuto ebbe dall' Oſtetrice*.

Neque igitur ex dicto Sanatæ, neque aliorum elicitur quidquam, quod noſtro obſtet Miraculo; Quandoquidèm, & nos libenter affirmamus quod poſt inceptam ægritudinem noſtræ Sanatæ plura fuerunt adhibita remedia, quibus tamen minimè obſtantibus redacta fuit miſera fæmina ad extremum Vitæ, ne realitas primi extremi deſideretur, ut probatur in noſtra Informatione §. *Primum Miraculi extremum & ſeqq.* Quamvis ergo varia remedia adhibita fuerint, quæ ſupponi debent non malè proportionata; nihilominùs dùm ſtatum infelicem patientis conſpicimus, tot ea remedia, quæ menſibus præcedentibus adhibita ſunt, perindè ſe habent, ac ſi nullatenùs adhibita fuiſſent.

Quod talibus remediis non obſtantibus miſera mulier uſque ad portas mortis pervaſerit, habetur ex toto *Summ.*, & ſignanter §. 9. 12. 16. 16. 17. 31. 34. 35. 42. 43. 52. 53. 54. 55. 69. 72. 79. 81. 82. 90. 99. 100. 107. 108. 110. 105. 116. 123. 133.; ubi quatuor Teſtes de viſu fætum triduo ante in utero Matris mortuum, agente puerpera octavum ſui puerperii menſem, aquas quoque, & involucra fætus putrida, jàm & corrupta viderunt, & reſpectivè judicarunt. An autem iſtis in circumſtantiis locus eſſe poſſit dubitationi, quòd hæc Sanata in extremo vitæ periculo non laboratet, prudens quiſque judicabit; Interim, ità, & non aliàs ſenſerunt, prætèr ipſam mulierem Sanatam, alii quoque Teſtes, videlicèt §. 10. *era giudicato pericoloſiſſimo, perche dicevano, che nell' ottavo meſe averei abortito con pericolo della vita, & io ne avevo un gran timore di morire* VI. Teſtis, nempè Vir Sanatæ §. 45. ibi = *Io per me l'hò ſtimato pericoloſo &c. & il Medico, che era il Dottor Cajozzi lo giudicava pericoloſo &c.* & §. 72. ibi = *eſſer veriſſimo, che dopò tre giorni continui, ne quali la predetta Signora ſua Conſorte ſtiede in pericolo di vita &c.* Teſtis, nempè Medicus Curæ §. 53. ibi = *lo ſtimavo, e l'hò ſtimato pericoloſiſſimo, perche il poco, o nulla di forze, che aveva la Signora, non poteva ſupplire ad una forza poco meno che*

im-

immenſa, *la quale ſi richiedeva*, *è per le ragioni ſopradette*, & §. 97. in reſponſione ad Artic. 12. inquit ibi = *non poter deporre intorno a detto articolo, ſe non che per la gravità dell' angoſcie, che provava imminente il parto, era arrivata ad un' eſtrema debolezza, di modo che morto il feto nell'utero trovavaſi in grandiſſimo pericolo della vita &c.* Idem aſſerit VIII. Teſtis, nempè Obſtetrix §. 109. ibi = *il male era pericoloſo, e la Signora era in ſtato di morirmi, e certamente credevo, che mi moriſſe, perche dopò che fò la Raccoglitrice, non mi ſono mai trovata in tanto pericolo &c.* §. 128. Super Artic. 12. ibi = *poter ſolamente deporre, che era del tutto deſtituta di forze nel tempo del parto, e che morto il feto che aveva nell' utero, credei ſempre, che foſſe per morire*, & §. 130. *eſſer la verità, che poſta in detto eſtremo di vita non ricevè medicamento d'alcuna ſorte &c.* Igitur, ſi remedia, quæ Sanata ſuſcepit per menſem, antè ſanationem, non valuerunt illam præſervare, nè uſque ad extremum vitæ periculum reduceretur; quomodo ſanatio ipſa, & præſervatio ab imminente morte poterunt attribui remediis ab eadem Sanata ſuſceptis. Profectò, ſi fingere nolimus, clariſſimo lumine patet, quod id, quod ad præſervandum non ſufficit à morbo nondum opprimente, minùs ſufficiet ad liberandum, ſeu ſervandum ab eo, quando jam poſſidet ægrum.

Ulteriùs nihil obſtare credimus, quod Sanata ſuſceperit nonnulla remedia propria, & opportuna, cum, ut ex locis Summarii ſuprà relatis evidenter apparet, longè ante ſanationem fuerunt jam prætermiſſa; & remedia illa, quantumvis maximè proportionata, non potuerunt tantam activitatem habere, ut expectarent adventum octavi menſis, ut tunc prodeſſe inciperent, quando jam occubuerat fœtus, & mater jam moritura ægrotaret.

Quod autem attenta tanta virium deſtitutione medicamenta, quæcumq; ea fuerint, & quantumcumq; proportionata nõ valerent ægram levare, nec eam à periculo mortis eripere, niſi neceſſarias vires influerent, ex eo liquido conſtat, quod ad naturalẽ partus actionẽ, conatus, & quidẽ ingens tùm infantis, tùm parturientis requiritur, ut cõmuni Medicorum edocemur authoritate, præſertim *Galen. in comment. Hyppocrat. lib. 5. aphor. 55. n. 25.* ibi = *nam ad bonum partum, duorum corporum vigore eſt opus, & gravidæ mulieris, & infantis*; & latè adnotat *Reuſing. in ſuo Tract. de generat. fœtus in utero pag. 204. num. 80.*, *Zacch. conſ. 10. num. 3.* ibi = *Inſufficientia autem cauſarum ſatis ſuperque demonſtratur, quia, ut alias diximus, in hac actione, quæ dicitur partus, cauſa primario agens, calor ipſe eſt, & ſpiritus, vires nempè tàm matris, quàm fœtus*. Clarum itaque fit, quod matre in extremum debilitatis cum proſtratione omnium virium redacta, ut deponunt relati Teſtes, nullus ex ejus parte ad expulſionem fœtus conatus adhiberi potuit, ut in *Aphor. 51. Hyppocrat. docet Valeſ.* ibi = *Debilis verò mulier ſemper cum periculo parit*; & *Zacch. conſ. 9. ſub num. 5. verſ. ex parte verò matris, & num. 10. ad fin.* ibi = *Ex quibus etiam infertur ſecundam conditionem commoſtrantem effectum miraculoſum, cum hic morbus non ſolum eſſet gravis, ſed graviſſimus, & maximè lethalis Hyppocrat. ubi proxim. neque hoc abſque manifeſta ratione, quia non una ſolummodò ad parturientis interitum conſpiraret, ſed multa, ac valida, quarum unaquæque de per ſe poterat occidere, ut dolores vehementiſſimi, & indeſinentes Syncopes, extrema debilitas, lib. 10. & dicto conſ. 10. ſub num. 3.*, ubi rectè ad caſum noſtrum adnotat, quod in partu difficiliori major virum

 co-

mox ſubjungenda apertè colligitur, & §. 130. eadem Obſtetrix inquit ibi = *eſſere la verità, che poſta in detto eſtremo di Vita, non ricevè medicamento di alcuna ſorte, ne ajuto dall' Allevatrice &c. perche eſſendo io l' Allevatrice non le diedi ajuto alcuno; e non preſe alcun medicamento*. Videamus ergo, an ex dicto ejuſdem Sanatæ reſultet aliquod obſtativum. Citatur hæc à Reverendiſſimo Fidei Promotore. *Proceſ. fol. 136. Summ.* §. 10. ibi = *Il Medico però credeva, che la Creatura foſſe ſopita, cioè mezza viva, e mezza morta, & il medeſimo diceva la Balia, e però mi facevano delli fomenti per farla ritornare, e mi facevano medicamenti ſoliti farſi; e ciò ſeguì del meſe di Ottobre, mà nel tempo proſſimo al parto non mi fecero coſa alcuna*. Et ne in his ultimis verbis = *nel tempo proſſimo al parto* = poſſet quis æquivocari; Reſpondens ad Interrogatorium 19 §. 21. explicavit melius à quanto tempore recuſaverit medicamenta ibi = *Seguì ſenz' alcun rimedio naturale, perch' era un meſe, e mezzo; che non prendevo più medicamento, ne mi facevano più fomenti* = Et in reſponſione ſuper art. 13. *Summ.* §. 33. inquit ibi = *eſſere la verità, che poſta in tal' eſtremo di vita, non preſe medicamento d' alcuna ſorte*. Quibus Teſtibus à Reverendiſſimo Fidei Promotore allegatis addimus etiam duo loca *Summarii* §. 61. ubi Vir Sanatæ inquit, ibi = *ne sò, che in detti tre meſi faceſſero altro, che delli fomenti, quali però ſi erano diſmeſſi molto tempo avanti, che partoriſſe*; & §. 71. ibi = *eſſer vero, che poſta in tal' eſtremo di Vita non preſe medicamento di alcuna ſorte, e niun' altro ajuto ebbe dall' Oſtetrice*.

Neque igitur ex dicto Sanatæ, neque aliorum elicitur quidquam, quod noſtro obſtet Miraculo; Quandoquidèm, & nos libenter affirmamus quod poſt inceptam ægritudinem noſtræ Sanatæ plura fuerunt adhibita remedia, quibus tamen minimè obſtantibus redacta fuit miſera fæmina ad extremum Vitæ, ne realitas primi extremi deſideretur, ut probatur in noſtra Informatione §. *Primum Miraculi extremum & ſeqq.* Quamvis ergo varia remedia adhibita fuerint, quæ ſupponi debent non malè proportionata; nihilominùs dùm ſtatum infelicem patientis conſpicimus, tot ea remedia, quæ menſibus præcedentibus adhibita ſunt, perindè ſe habent, ac ſi nullatenùs adhibita fuiſſent.

Quod talibus remediis non obſtantibus miſera mulier uſque ad portas mortis pervaſerit, habetur ex toto *Summ.*, & ſignanter §. 9. 12. 16. 16. 17. 31. 34. 35. 42. 43. 52. 53. 54. 55. 69. 72. 79. 81. 82. 90. 99. 190. 107. 108. 110. 105. 116. 123. 133.; ubi quatuor Teſtes de viſu fætum triduo ante in utero Matris mortuum, agente puerpera octavum ſui puerperii menſem, aquas quoque, & involucra fætus putrida, jàm & corrupta viderunt, & reſpectivè judicarunt. An autem iſtis in circumſtantiis locus eſſe poſſit dubitationi, quòd hæc Sanata in extremo vitæ periculo non laboraret, prudens quiſque judicabit; Interìm, ità, & non aliàs ſenſerunt, præter ipſam mulierem Sanatam, alii quoque Teſtes, videlicèt §. 10. *era giudicato pericoloſiſſimo, perche dicevano, che nell' ottavo meſe avrei abortito con pericolo della vita, & io ne avevo un gran timore di morire* VI. Teſtis, nempè Vir Sanatæ §. 45. ibi = *Io per me l'hò ſtimato pericoloſo &c. & il Medico, che era il Dottor Cajozzi lo giudicava pericoloſo &c.* & §. 72. ibi = *eſſer veriſſimo, che dopò tre giorni continui, ne quali la predetta Signora ſua Conſorte ſtiede in pericolo di vita &c.* Teſtis, nempè Medicus Curæ §. 53. ibi = *lo ſtimavo, e l'hò ſtimato pericoloſiſſimo, perche il poco, o nulla di forze, che aveva la Signora, non poteva ſupplire ad una forza poco meno che im-*

immenſa, la quale ſi richiedeva, è per le ragioni ſopradette, & §. 97. in reſponſione ad Artic. 12. inquit ibi = *non poter deporre intorno a detto articolo, ſe non che per la gravità dell' angoſcie, che provava imminente il parto, era arrivata ad un' eſtrema debolezza, di modo che morto il feto nell'utero trovavaſi in grandiſſimo pericolo della vita &c.* Idem aſſerit VIII. Teſtis, nempè Obſtetrix §. 109. ibi = *il male era pericoloſo, e la Signora era in ſtato di morirmi, e certamente credevo, che mi moriſſe, perche dopò che fò la Raccoglitrice, non mi ſono mai trovata in tanto pericolo &c.* §. 128. Super Artic. 12. ibi = *poter ſolamente deporre, che era del tutto deſtituta di forze nel tempo del parto, e che morto il feto che aveva nell' utero, credei ſempre, che foſſe per morire*, & §. 130. *eſſer la verità, che poſta in detto eſtremo di vita non ricevè medicamento d'alcuna ſorte &c.* Igitur, ſi remedia, quæ Sanata ſuſcepit per menſem, antè ſanationem, non valuerunt illam præſervare, nè uſque ad extremum vitæ periculum reduceretur; quomodo ſanatio ipſa, & præſervatio ab imminente morte poterunt attribui remediis ab eadem Sanata ſuſceptis. Profectò, ſi fingere nolimus, clariſſimo lumine patet, quod id, quod ad præſervandum non ſufficit à morbo non dum opprimente, minùs ſufficiet ad liberandum, ſeu ſervandum ab eo, quando jam poſſidet ægrum.

Ulteriùs nihil obſtare credimus; quod Sanata ſuſceperit nonnulla remedia propria, & opportuna, cum, ut ex locis Summarii ſuprà relatis evidenter apparet, longè ante ſanationem fuerunt jam prætermiſſa; & remedia illa, quantumvis maximè proportionata, non potuerunt tantam activitatem habere, ut expectarent adventum octavi menſis, ut tunc prodeſſe inciperent, quando jam occubuerat fętus, & mater jam moritura ægrotaret.

Quod autem attenta tanta virium deſtitutione medicamenta, quæcumq; ea fuerint, & quantumcumq; proportionatà nõ valerent ægram levare, nec eam à periculo mortis eripere, niſi neceſſarias vires influerent, ex eo liquido conſtat, quod ad naturalẽ partus actionẽ, conatus, & quidẽ ingens tùm infantis, tùm parturientis requiritur, ut cõmuni Medicorum edocemur authoritate, præſertim *Galen. in comment. Hypocrat. lib. 5. aphor. 55. n. 25.* ibi = *nam ad bonum partum, duorum corporum vigore eſt opus, & gravida mulieris, & infantis*; & latè adnotat *Reuſing. in ſuo Tract. de generat. fętus in utero pag. 204. num. 80., Zacch. conſ. 10. num. 3.* ibi = *Inſufficientia autem cauſarum ſatis ſuperque demonſtratur, quia, ut alias diximus, in hac actione, qua dicitur partus, cauſa primario agens, calor ipſe eſt, & ſpiritus, vires nempè tàm matris, quàm fætus.* Clarum itaque fit, quod matre in extremum debilitatis cum proſtratione omnium virium redacta, ut deponunt relati Teſtes, nullus ex ejus parte ad expulſionem fętus conatns adhiberi potuit, ut in *Aphor. 51. Hypocrat. docet Valeſ.* ibi = *Deblis verò mulier ſemper cum periculo parit*; & *Zacch. conſ. 9. ſub num. 5. verſ. ex parte verò matris*, & *num. 10. ad fin.* ibi = *Ex quibus etiam infertur ſecundam conditionem commoſtrantem effectum miraculoſum, cum hic morbus non ſolum eſſet gravis, ſed graviſſimus, & maximè lethalis Hyppocrat. ubi proxim. neque hoc abſque manifeſta ratione, quia non una ſolummodò ad parturientis interitum conſpiraret, ſed multa, ac valida, quarum unaquæque de per ſe poterat oceldere, ut dolores vehementiſſimi, & indeſinentes Syncopes, extrema debilitas, lib. 10. & dicto conſ. 10. ſub num. 3.*, ubi rectè ad caſum noſtrum adnotat, quod in partu difficiliori major virum

conatus requiritur ibi = *Vires igitur tanto magis conſtare debent, quantò difficilior eſt partus, ex eodem Hypocrat. ib. d. &c.*

Secundam excitavit difficultatem Reverendiſſimus Fidei Promotor circà invocationem, prætenditque quod ſimul cum B. Juliana, invocata fuerit etiam Deipara, idque probat ex *Proc. fol.* 139. *ter. Summ.* §. 24. ibi = *Mi raccomandai in quel tempo di cuore alla Beata Giuliana, ne mi raccomandai in quel tempo ad altri Santi, e ſolamente in quei deliquj ſuccedutimi dopò il parto, mi raccomandai alla Beatiſſima Vergine, e perciò detta mia liberazione la riconoſco dalla Beata Giuliana, perche tutta la fiducia l'aveva in lei, perche me la intercedeſſe dal Signore.* Difficultas autem hæc ab enarratione alterius dependet, an videlicèt ſumma periculi conſiſteret in emiſſione fetus, an autem in deliquiis poſt ejuſdem fetus emiſſionem, cujus dubii examen magis ad Medicum pertinet, quàm ad Juriſtas; nihilominùs attendendo ad Summarium, compertum omninò eſſe debet, quod periculum mortis præcipuè noſtræ Sanatæ imminebat ex retentione fetus jam mortui, & quaſi corrupti in utero; ad quem fetum expellendum vigor ſupernaturalis exigebatur; cum præſertim miſera patiens omninò eſſet viribus deſtituta, ut legitur *Summ.* §. 9. ibi = *quando io era rifinita di forze, e ſenza fiato*, & §. 10. *ero deſtituta di forze, e tutta la mia fiducia era nella Beata Giuliana*, & §. 12. *a voler dar fuori un parto morto da che ero deſtituta di forze, e non aveva fiato, ci voleva una forza ſopranaturale*, & §. 31. *eſſer la verità, che &c. rimaſe del tutto deſtituta di forze, di modo che morto il feto, che aveva nell'utero, ſi ſtimava ella in pericolo di morte &c.* Maritus Sanatæ §. 43. ibi = *la forza del Miracolo mi pare che ſia, che eſſa deſtituta di forze, e di ſpirito in poco tempo &c. partoriſſe una creatura morta &c.* & §. 10. ibi = *il Medico diſſe che aveva avuto una gran fortuna, e giudicò miracoloſa la ſua liberazione, perche eſſendo così deſtituta di ſpirito, e di forze, non aveva da partorire così preſto, e liberarſi intieramente*, & §. 69. ibi = *inſtando il parto rimaſe del tutto deſtituta di forze, di modo che morto di poi il feto, che aveva nell'utero, era giudicata dal Medico, e dall' Oſtetrice in pericolo di morte &c.* & §. 78. & §. 83. & §. 97. ibi = *ero arrivata ad una eſtrema debolezza, di modo che morto il feto nell'utero, trovavaſi in un grandiſſimo pericolo di vita &c.* & §. 105. ibi = *arrivata poi all'ottavo meſe, li venne un ſegno di parto ſenza pene, ſenza dolori, e ſenza forze &c.* & §. 114. ibi = *&c. il Medico per non aver forza, ne la Signora, ne la creatura &c. ſtimò miracoloſa queſta ſua ſanazione.*

Ex his itaque patet, quod periculum vel omninò, vel ſaltèm principaliter conſiſtebat in emiſſione fetus mortui ab utero matris jam viribus deſtitutæ, & conſequentèr, cum Deipara fuerit à Patiente invocata poſt prædicti fetus emiſſionem, miraculum jam factum non poteſt eidem Deiparæ attribui; ſed magis interceſſioni Beatæ Julianæ, quæ ab eadem Sanata fuerat in præcedenti ſummo vitæ diſcrimine invocata; maximè quia apertè dignoſcitur ex Sanatæ depoſitione, quæ à Reverendiſſimo Fidei Promotore allegatur, quod Beatiſſima Virgo fuit dumtaxat invocata ad evadendum à periculo eorum deliquiorum, quæ contigerunt Sanatæ poſt fetus emiſſionem, ibi = *E ſolamente in quei deliquj ſuccedutimi dopo il parto, mi raccomandai alla Beatiſſima Vergine.* Cumque pervium ſit, quod illa ſanatio, ad quam fuit invocatum præſidium alicujus Sancti, eidem attribuatur, & non ea, ad quam tale præſidium invocatum non fuit; ſequitur ex hoc, quod ſi

præ-

præſidium Beatiſſimæ Virginis fuit dumtaxat invocatum ad evadendum periculum deliquiorum poſt partum ſuccedentium; liberatio præcedens à periculo partus, non debet attribui Deiperæ, ſed potius Beatæ Julianæ, cujus interceſſio fuit invocata ad illud periculum ſuperandum. Præſertim quia invocatio, non prodeſt, ut ſanatio ante invocationem ſecuta invocato attribuatur; cum invocatio ſit cauſa efficiens moralis ſanationis, & omnis cauſa efficiens debeat ſuum præcedere effectum *D.Thom. 3.par.qu.65.art.6.*

Cui quidem diſcurſui certè non adverſatur replicatio Reverendiſſimi Fidei Promotoris; nempè, quod quando invocatum fuit præſidium Deiparæ, periculum mortis non erat eouſque finitum, & quod per conſequens ſufficiens motivum habeatur, ut perfecta inde ſecuta ſanatio eidem Deiparæ attribuatur. Hæc enim replicatio facili negocio diſſolvitur, animadvertendo, quod deliquia illa, quæ ad partum ſubſequuta ſunt, non ſunt ſubſequuta, ut ita dicamus, ex natura rei, ſed magis ex ſumptione Olei amigdolarum dulcium, ut habetur ex eodem *Summ.* §. 7. ibi = *Seguì felicemente lo ſgravio, e non ebbi altro, che nell' ora ſuccedente, alcuni deliquj, che mi laſciarono ſenza ſenſo, che crederono cagionati da cert'olio di mandole dolci, che aveva preſo, e paſſata detta ora non ebbi più male alcuno &c.* & §.22. interrogata eadem Sanata ſuper eodem; an ſumpſerit Oleum prædictum; reſpondit: ibi = *Ne preſi, come hò detto di ſopra, ma ſubito dopo ſeguito il parto, e me lo diedero la Balia, e la ſopradetta mia Zia, ſenza ordine del Medico, e queſto poi mi diſſe mia Madre, che poteſſe eſſere la ragione, che mi fece detto olio evacuare molto ſangue, e perche negli aborti non è ſolito darſi &c.* & §. 26. ibi = *Rimaſi pienamente, e totalmente libera, e ſentij ſolamente quei deliqui a cauſa del predetto oglio*, ex quo colligere oportet, quod periculum imminentis mortis erat finitum cum fœtus emiſſione; deliquia autem illa ſequuta fuerunt ex nova cauſa imprudenter poſita, ex propinatione videlicet prædicti olei amigdolarum dulcium facta abſque Medici conſilio, & contrà conſuetum practicari in abortibus; Undè quemadmodum prædicta deliquia non poſſunt dici recidiva morbi, quia poſita nova cauſa, morbus ſuperveniens non dicitur recidiva, ſed nova infirmitas. Ita quod ad evadendum à periculo [quodcumquè illud eſſet] prædictorum deliquiorum potuit abſque præjudicio præcedentis miraculi à noſtra Sanata invocari præſidium Deiparæ, & ſic abſque contentione prima ſanatio attribui Beatæ Julianæ, & ſecunda Beatiſſimæ Virgini.

At quatenus contendatur, quod deliquia poſt emiſſionem fœtus ſecuta fuerint, veluti præcedentis morbi reliquiæ, ceſſabit profectò omnis excogitabilis difficultas, ex eo quod in materia invocationis ſtandum eſt dicto Invocantis, cujus depoſitio ſufficit ad tradita per *Card. de Laur. de Mirac. diſput.20. num.1103. & ſequ. Mat. de Canoniz. par.4. cap.20. num.6.* In præſenti autem caſu, licet Sanata fateatur, quod in ſecundo periculo, nempè deliquiorum, invocaverit præſidium B. Virginis; fuit tamen hæc invocatio prorsùs inefficax, & non talis, qualis requiritur ad hoc, ut ſanatio aliqua miraculoſa attribuatur uni magis invocato, quàm alteri; undè licet vera ſit doctrina relata à Reverendiſſimo Fidei Promotore, quod ubi fiat invocatio duorum, quorum alter ſit canonizatus, huic, & non ei, qui non eſt canonizatus, attribuenda eſt miraculoſa ſanatio ex tali invocatione ſe-

cuta; hæc tamen doctrina debet neceſſario pati limitationem, ut procedat dumtaxat, quando invocatio utriuſque ſit efficax, & cum debitis requiſitis, non vero quando invocatio unius eſt efficax, & undequaque perfecta, invocatio autem alterius ſit inefficax, & imperfecta; Tunc enim perneceſſe ſanatio ex invocatione ſecuta debet illi Sancto potius attribui, qui fuit invocatus cum debitis requiſitis, etiamſi non fuerit aliàs Sanctus Canonizatus, quàm illi, qui fuit invocatus mere materialitèr, inefficacitèr, & imperfectè, quamvis fuerit Sanctus aliàs Canonizatus; In caſu autem noſtro perſpicuum omninò eſt, quod invocatio Deiparæ fuit merè materialis, & externa; Invocatio verò Beatæ Julianæ fuit formalis, & interna *Summ.* §. 24. *cit.* à Reverendiſſimo Fidei Promotore, ibi= *Mi raccomandai in quel tempo di cuore all'interceſſione della Beata Giuliana, ne mi racomandai in quel tempo ad altri Santi, e ſolamente in quei deliquj ſuccedutimi dopo il parto, mi raccomandai alla Beatiſſima Vergine, e perciò detta mia liberazione la riconoſco dalla Beata Giuliana, perche tutta la fiducia l'avevo in lei, perche me l'intercedeſſe dal Signore.* Ex his itaque Sanatæ verbis pluſquàm apertè dignoſcitur, quod invocatio Beatæ Julianæ fuit efficax, & perfecta, quia fatetur Sanata, quod totam fiduciam poſuerat in ipſius Beatæ interceſſione. Fiducia enim, quam habemus in Invocato, eſt, quæ aliam compartem veluti formalizat, redditque invocationem ipſam (quantum eſt ex parte hujus) efficacem, atque perfectam,

Invocatio autem Deiparæ, ut potè ab hac fiducia diſtincta, cenſendi eſt imperfecta, & inefficax, adeoque inepta, ut ſanatio ſecuta poſt talem invocationem eidem Deiparæ attribuatur. Quum autem hæc invocatio Deiparæ fuerit ſine fiducia conſequendi gratiam expetitam, conſtat ex eo, quod Sanata, ut ſupra viſum eſt totam fiduciam habuit in B. Juliana, *perche tutta la fiducia l'avevo in lei &c.* Non ſtat autem, quod totam fiduciam haberet in Beata Juliana, & quod partem fiduciæ haberet in præſidio Deiparæ; Cum ſi hoc eſſet, jam non totam fiduciam, ſed partem ejus dumtaxat in Beata Juliana collocaſſet. Quodque ſtante majore fiducia ergà Sanctum inferiorem eidem attribui debeat ſanatio, non eſt mirum; cum efficacior ſit invocatio, quando cum fiducia majore conjungitur *D.Thom.* 2. 2. *qu.* 83. *art.* 11. *ubi ad* 4. Reſpondens inquit, ibi = *Contigit tamen quandoque, quod imploratio inferioris Sancti efficacior ſit, vel quia devotiùs imploratur, vel quia Deus vult ejus ſanctitatem declarare.* Et quod recurſus, Invocatio, & oratio ſine fiducia, inefficaces ſint ad impetrandum docuit *Auguſt. Serm.* 36. *de Verb. Dom.* ibi = Si *fides deficit oratio perit & D.Thom.* 2. 2. *quaeſt.* 83. *art.* 15. *ad* 3. *inquit* ibi = *Oratio efficaciam merendi habet à charitate; at vero efficaciam impetrandi à fide, & fiducia*; unde Jacobus in Epiſt. Cathol. *cap.* 1. *verſ.* 6. monuit orantes, ut cum fiducia à Deo petant ibi = *poſtulet autem in fide nihil haſitans*, quarè concludit hoc loco Cornel. à lapide verſ. *ſecundo fides hæc* in fin. *quarè quo major, & efficacior eſt fiducia, eo major, & efficacior erit oratio*, & verſic. *moraliter* ibi = *diſce hic menſuram orationis, & impetrationis eſſe fidem, & ſpem; quod certè ſperas, hoc certè impetrabis &c.* & tandem D. Bernard. ſerm. 4. de Quadrag. diſcurrens de impedimentis Orationis, docuit eam non debere eſſe timidam, ibi = *timida enim oratio Cælum non penetrat, quia reſtringit animum timor immoderatus, ut orans, non dicam non aſcendere, ſed nec*

pro-

procedere queat ; tepida vero in aſcenſu langueſcit , & deficit , eo quod non habeat vigorem . Cum igitur in caſu noſtro Sanata proteſtetur, totam ſe habuiſſe fiduciam in Beata Juliana , eique proindè attribuiſſe ſuam integram ſanationem , ſequitur evidentèr , quod invocatio Deiparæ fuit inefficax , materialis , & imperfecta , & conſequenter non huic , ſed Beatæ Julianæ ex omni capite attribui debet ſanatio , de qua agimus ,

Tertiam , & ultimam difficultatem propoſuit Reverendiſſimus Fideipromotor §. *Tertia difficultas* , eo quod Sanata noſtra non obtinuit integram ſanitatem , ex quo à parte ſinixtra uteri perſeveraverit dolor ; Cumque dolor ſit argumentum morbi [ubi enim dolor , ibi morbus] ſignum eſt , quod poſt ſanationem , quam nos prætendimus , perſeveravit morbus , adeoque , quod ſanatio non fuit perfecta , nec proindè miraculoſa , cum Deus non ſit auctor operis imperfecti . Aſſumpium probat ex facto ; Ex Proceſſu enim *fol.* 140. *Summ.* §. 26. habetur quod ſanata hæc depoſuit ibi = *Rimaſi pienamente , e totalmente liberata , e ſentij ſolamente quei deliquj &c. che durarono un' ora , e ſubito mi ſarti potuto levare , ne poi ſentij altro , ſe non che dalla parte dell' utero , dove era cominciata a putrefarſi la creatura ſentivo qualche calore , che durò da quattro meſi in circa ; Et Proc. fol.* 152. *Summ.* §. 65. ibi = *Reſtò pienamente ſana , ſolo rimaſe da quella parte , dove ſi fece i conti , che foſſe cominciata a putrefarſi la creatura , qualche poco di duolo , ma non le impediva di fare le ſolite faccende di caſa , e mi diceva : mi pare da queſta parte ſentirmi un poco di dolore di quando in quando &c.*

Hæc autem difficultas multiplici reſponſione diſpellitur. Prima eſt , quod Sanata non inquit , quod in ea parte uteri , in qua emarcuerat fœtus, remanſerit dolor ; ſed inquit , quod remanſerit paulum caloris, ut patet ex mox citata particula ſuæ depoſitionis , & ex alia §. 37. ibi = *Eſſere la verità , che miracoloſamente liberata , come ſopra , rimaſe del tutto ſana , e non patì , ne hà patito di poi per tal cauſa malatia di ſorte alcuna , fuori di quel poco di calore , che hà depoſto , come ſopra .* Calor autem quid diverſum eſt à dolore , neque ab illo inferri valet iſte, vel morbus ; & licet Sanatæ Maritus de auditu ab ipſa deponat remanſiſſe paululum doloris §. 65. *Solo li rimaſe da quella parte &c. qualche poco di duolo &c. e mi diceva ; mi pare da queſta part: ſent irmi un poca di dolore &c.* Plus tamen deferri debet dicto Sanatæ de facto proprio teſtanti , quàm ejus Marito , apud quem potuit facilè dari æquivocatio ; Præſertim cum dicto ejuſdem Sanatæ adſtipulentur duo alii Teſtes de viſu , qui ſimul cum ea perfectam undequaque ſanationem teſtati ſunt . Eadem enim Sanata §. 27. interrogata , quid ſenſerit Medicus de ſupradicto calore , inquit ibi = *Il Medico non ne fece conto alcuno , e diſſe procedere dall' eſſerſi cominciate a putrefare ivi la creatura ; ne egli mi ordinò , ne io preſi medicamento alcuno &c.* Medicus autem curæ §. 80. inquit ibi = *e la detta Signora rimaſe libera da tutti li paſſati patimenti nel medeſimo momento di tempo del parto , e non li reſtò veruna impreſſione delle diſgrazie paſſate* & §. 94. ibi = *rimaſe la detta Signora per detta emiſſione di parto intieramente, e totalmente ſanata , ne li rimaſe impreſſione alcuna delle diſgrazie precedenti , come hò detto di ſopra , ne per tal cagione hà patito più male alcuno , e queſto lo ſo , perche ſono il di lei medico , e quando hà biſogno mi manda a chiamare , e ſo , che non ſi ſerve da altri medici ,* & §. 101. ibi = *eſſere la verità , che detta Signora Maria Maddalena liberata miracoloſamente , come ſopra ,*

ri-

rimaſe onninamente ſana, e di poi per tal cagione non hà patito malatia alcuna &c. Idem teſtata fuit Obſtetrix de viſu §. 122. *Rimaſe intieramente, e pienamente liberata, e riebbe ſino il colore, perche dove avanti era ſcolorita, e gialla, ritornò chiara, e ſparì il giallo, ne dopo per quello, che io ſo, ebbe, ne ricadde in male alcuno, e lo ſo, perche eſſendovi ritornata più d'una volta a rivederla come ſteſſe, mai ſi lamentò del parto avuto; ma benediva ſempre la Beata Giuliana, & è ſolito, che nei parti difficili, & anche ordinarj rimanghino de' dolori nell'oſſa, e nell' interno* & §. 135. ibi = *Eſſere la verità, che liberata miracoloſamente detta Signora Maria Maddalena, come ſopra, rimaſe del tutto ſana, ne patì di poi per tal cagione alcun male, o malatia.*

Conſtito itaque, quod poſt partum non remanſerit in antedicto partu uteri dolor, ſed ſolum calor, jam vires amittit argumentum Reverendiſſimi Promotoris impugnans perfectam noſtræ puerperæ ſanationem. Sed dato etiam, quod ſimul cum calore remanſerit etiam dolor, credaturque totum marito teſtanti de auditu ab uxore, nihilque uxori teſtanti de facto proprio, quamvis ejus teſtimonium ſit fortiter adminiculatum à duobus aliis Teſtibus de viſu, & Peritis; adhuc tamen idem maritus perfectam uxoris ſanationem ingenuè faſſus fuit, & dolorem illius taliter extenuavit, ut jam in conſideratione haberi non mereatur. Dicit ergò loco ubi *ſup.cit.* § 65. ibi = *Per il parto ſi liberò ſubito, e reſtò pienamente ſana, ſolo li rimaſe da quella parte, dove ſi fece i conti, che foſſe cominciato a putrefarſi la creatura, qualche poco di duolo; ma non l'impediva il fare le ſolite faccende di caſa; e mi diceva: mi pare da queſta parte ſentirmi un poco di dolore di quando in quando, & in poco tempo reſtò libera, ne dopo detta liberazione ebbe altro male, o infermità veruna &c.* & dicto §. 75. ibi = *rimaſe del tutto ſana, ne patì di poi per tal cagione infermità alcuna fuori di quel doloruccio da me ſopra depoſto &c.* Eccè itaque, quod ipſemet maritus, qui dolorem relevavit uxoris, adeò extenuavit illum, ut jam compoſſibilem crediderit, & narraverit cum omnimoda ſanatione ibi = *Reſtò pienamente ſana*, & ibi = *rimaſe del tutto ſana*. Patet autem, quod dolor talis, qui extitit, & judicatus fuit compoſſibilis cum perfecta, & omnimoda ſanitate, quique non impedivit Sanatam ab omnibus ſuis operationibus, & qui tandem citiſſimè evanuit, in ejuſdem etiam mariti exiſtimatione debuit eſſe nullius prorsùs conſiderationis, & per conſequens nec meretur in præſenti examine ponderari, & propterea haud obſtante ſimili animadverſione deducta in Cauſa Montis Politiani Sanctæ Agnetis ſuper primò miraculo, ubi agebatur de quodam parvo tumore, qui remanſit in hepate Sororis Catherinæ de Bonis ſanatæ poſt ejuſdem miraculoſam ſanationem, *del quale però* [dicebant teſtes] *non ſe ne fece caſo*. Hoc primum miraculum fuit à Sanctitate Veſtra approbatum in tertio genere; undè licèt dolor remanens poſt ſanationem ſi ſit notabilis, eamdem ſanationem imperfectam relinquat, ſecus autem ubi dolor, ſicut in præſenti caſu erat admodum tenuis, & nulla conſideratione dignus.

Multoque minùs in conſideratione habendus eſt talis dolor, qui remanſiſſe dicitur poſt ſanationem noſtræ puerperæ, quia admodum veriſimile eſt, quod proceſſerit ex ſumptione inordinata olei amigdolarum dulcium eidem abſque Medici, & Obſtetricis conſilio propinati; Cum enim, ut ſupra dictum eſt §. *Cui quidem diſcurſui*, tale oleum fuerit in cauſa, quarè Sanata paſſa fuerit deliquia, de quibus ſupra

jam

jam diximus, ita pariformiter veriſimile, & omnino rationabile apparet, quod idem oleum fuerit etiam in cauſa, quarè erupto ſanguine ab utero, aliqua fortaſſe excoriatio facta fuerit in Sanatæ viſceribus, quæ proindè dolorem illum tenuiſſimum paſſa fuit. Quod autem Sanata emiſerit ſanguinem, conſtat ex dicto ipſius *Summ.* §. 22. ibi = *Ne preſi come hò detto di ſopra* (loquitur de dicto oleo amigdolarum) *ma ſubito dopo ſeguito il parto, e me lo dettero la Balia, e la ſopradetta mia Zia ſenz'ordine del Medico, e queſto poi mi diſſe mia Madre &c. che poteſſe eſſer la ragione, che mi ſeguiſſero quei deliquj per la ragione, che mi fece dett' oglio evacuare molto ſangue*; Quando autem poſt ſanationem intervenit nova cauſa apta, vel ad inducendum novum morbum, vel ad continuandum antiquum, calumniari non debemus miraculum, ſi aliqua imperfectio poſt ipſum remaneat.

Accedit tandèm, quod Puerpera inſtanter recurrit ad interceſſionem Beatæ Julianæ præcisè ad evadendum mortis periculum, quod ſibi imminebat ex partu adeo difficili, & conſequenter totum recepit, quod poſtulavit, ſi tale periculum evaſit incolumis. In hoc enim rerum themate opus Dei perfectum eſt, largiendo totum id, quod petitur, & retinendo quod minimè poſtulatur. Utque aſſumptum elucefcat, ſpectanda ſunt verba invocationis, & intentio invocantis, quæ melius innoteſcere non poſſunt, quàm ex verbis Sanatæ, quæ §. 3. refert, ibi = *Dal ſentir ricordare alcuni miracoli fatti dalla medeſima Beata Giuliana, me li raccomandai, e feci il voto, che ſe partorivo felicemente, avrei veſtito un' anno l'abito del ſuo Ordine &c.* & §. 68. ibi = *implorò più frequentemente l'ajuto della Beata Giuliana per eſſer liberata dal pericolo, che gli era imminente*. Ex dicto itaque Sanatæ noſtræ jam liquido conſtat ipſam invocaſſe interceſſionem Beatæ Julianæ, ut à mortis imminentis periculo liberaretur, Voti autem compos effecta fuit, & in hoc completum eſt Opus Dei perfectum, quia totum, quod poſtulaverat, impetravit.

Et ex his ſuperfluum eſt ulteriores rationes adducere circa id, quod Reverendiſſimus Fideipromotor addit §. *Abſque eo quod* & ſequ. nimirùm non poſſe à nobis noſtrum miraculum protegi per circumſtantiam illam, ſecundum quam Puerpera ſine dolore ullo fœtum emiſit; ex quo talis circumſtantia neque in facto, neque in Jure ſubſiſtat; neque proindè poſſit miraculo ſuffragari. Dicimus itaque, ipſam tàm in facto, quàm in Jure ſubſiſtere, & ex ea pondus probationis ſanè extraordinariæ miraculo ſuperaddi.

Quod ſubſiſtat in facto, pluſquàm evidens eſt; inquit enim Sanata §. 8. ibi = *perche negli altri parti, benche felicemente venuti, provaſſi dolore e lunghezza di tempo a ſgravarmi fino in ventiquattro ore, in queſto non ſentii dolore alcuno*, & §. 25. *in un quarto d'ora mi liberai ſenza dolore*. Medicus autem §. 79. inquit *diede fuori &c. un feto di femina morto ſenza ajuto medico, ſenz' induſtria dell'Oſtetrice, e ſenza doglie &c. come dir ſi ſuole a fiato*. Obſtetrix verò §. 127. ibi = *e nel tempo del parto, non ſentì dolore alcuno, come hò ſempre depoſto &c.* Ex dicto igitur Sanatæ, ex dicto Medici, ex dicto Obſtetricis ſubſiſtit in facto, quod Puerpera peperit fœtum mortuum ſine dolore.

Quod autèm Sanatæ Vir locis à Reverendiſſimo Promotore in ſuis animadverſionibus relatis, & ſignanter §. 43. & 45. tamquam Teſtis de viſu affirmet puerperam paululum doloris ſenſiſſe ibi = *con poco dolore*, & ibi = *per non aver avuto doglie, o poche*; Hoc non videtur

ve-

veritati officere, quià [præterquamquod veritas propoſitionis dis ſiunctiv ę optimè ſalvatur in altero diſiunctionis extremo] maximè ponderandum ſupplicamus, quod in hac materia plus debet deferri dicto Sanatæ, quæ dolorem in ſemetipſa ſenſiſſet, ſi revera in partu, de quo agitur, dolor intereeſſiſſet, quam Mariro, qui deponere poſſet de dolore uxoris, ſi a ſanata uxore hoc didiciſſet. Dupliciter enim Teſtis poteſt de dolore deponere, vel quià in ſe ipſo illum paſſus fuerit, & hoc in Marito Sanatę verificari non poteſt, cum non fuerit perpeſſus dolorem in ſemetipſo; vel quia hoc audivit, vel didieit à dolente, & neque hoc modo depoſuit Teſtis maritus, quià numquam aſſeruit, quod uxor ſibi revelaverit, paſſam eſſe dolorem in partu, loco cit. a Reverendiſſimo Promotore, nempè §. 44. in cauſa ſcientiæ addnxit ibi = *per eſſermi trovato al tutto preſente, & a pieno informato &c.* quæ, ut patet, non eſt cauſa ſcientię ſufficiens ad hunc effectum; ex eo enim quod maritus adfuit partui, adfuerit ſanationi, uxoris dolorem non ſenſit in ſemetipſo, nec audivit ab uxore, cum ea non potuerit illi quid diverſum aſſerere ab eo, quod in examine coràm Judicibus Remiſſorialibus depoſuit, & ab eo, quod aliàs revelaverat Medico, & Obſtetrici, qui uno ore teſtantur, Sanatam nullum in partu ſenſiſſe dolorem, ex auditu ab ipſamet Sanata. Et ulteriùs, quià ſi Maritus id audiviſſet ab uxore, utique in cauſam ſcientiæ dixiſſet, & non fuiſſet contentus dicere = *per eſſermi trovato al tutto preſente &c.*

Nec prodeſſe poteſt replicatio, ſi fortè fieret, quod fortaſsè Maritus, utpotè præſens potuit deducere, uxorem paſſam fuiſſe dolorem in partu ex ſignis, ab ejulationibus videlicèt, à lacrymis, ab anxietatibus, & à languoribus; Iſta enim ſigna non adfuerunt, cum repugnant ex diametro dicto Sanatæ ipſius, & duorum aliorum teſtium de viſu conjunctim affirmantium, ſanatam peperiſſe ſine dolore. Pręterquamquod ejuſmodi ſigna, ſi adfuiſſent, non debuiſſent eſſe gravia, & admodum ſenſibilia, quià, ſi talia fuiſſent, ſignificaſſent gravem dolorem, & non tenuem, & conſequentèr maritus, non dixiſſet eam peperiſſe = *con poco dolore*, aut *per aver avuto doglie, o poche*; debuiſſent ergò iſta ſigna eſſe tenuja, & debilia, & ſi talia fuiſſent, jam fuiſſent ſigna æquivoca, & deſignaſſent potiùs preces jaculatorias, & devotos animi motus, qui quando fiunt cum fervore maximè in fæminis, fiunt cum lacrymis, & ejulatibus. Et ſanè in caſu noſtro habemus in *Summ*, quod inſtante jam partu, Puerpera ferventius ſe commendavit Beatæ Julianæ §. 11. *e nel tempo, che ſegui il parto mi raccomandavo con più affetto, e con più fervore* & §. 49. 72. 87. 99., & 106. ubi = *colle braccia in atto di divozione &c.* & §. 113. ibi = *e moltopiù ſi raccomandava nell' atto di partorire &c.* & §. 121. ibi = *la creatura venne ad un tratto, mentre con gran fervore invocava la Beata Giuliana &c.*; ex quibus devotionis ſignis, juncto conſueto modo pariendi aliarum fæminarum, non ſine dolore, potuit Vir æquivocare, reputando fortaſsè, quod fuerint doloris ſigna, illa, quæ erant fervoris indicia, ſatiſque ipſe hanc ſuam incertitudinem demonſtravit, dum dixit = *per non aver avuto doglie, o poche*. Quamobrem ſubſiſtit in facto, quod Maria Magdalena Cittadelli invocata Beata Juliana ad evadendum mortis periculum peperit ſine dolore."

Relevat, & ſubſiſtit etiam in Jure, quia pœna illa, quam indixit Deus

Evæ

Evæ Geneſ. 3. 16. *In dolore paries*, cum nulla hactenùs fœmina diſpenſata eſt, attento naturali ordine rerum, quià fuit pœna generalis, omnes cum peccato originali conceptas comprehendens, reſpiciens & afficiens *D. Ambroſ. in dicto cap. 3. Geneſ.*, ibi = *quamvis alia graviùs, alia leviùs, dolorem tamen, cum emittunt, ſentiunt omnes &c. Corn. à lap. loc. cit.*, *ibique Bartholom. Barberius*. Si igitur in Sanata noſtra hæc diſpenſatio viſa eſt, naturalis eſſe non potuit.

Abſq; eo quod vim faciat ponderatio Reverendiſſimi Promotoris §.*non relevant in Jure*, quod ſcilicèt indolentia illa potuit eſſe effectus languidæ, & quaſi mortuæ fibroſæ uteri texturæ per inchoaram necroſim, quæ tum ad contractionem fuerit impotens, & inſenſara ad dolores. Quià ejuſmodi ponderatio (quam excludunt DD. Medici tàm prò veritate, quàm ad opportunitatem ſcribentes) quatenùs ſubſiſteret, jam augeret miraculum noſtrum ex una parte, quod ex altera parte non augeret. Si enìm uterus jam emortuus, jamque erat inſenſatus, quomodo fætum etiam mortuum abſque ſupernaturali ope emitteretur, cum eſſet viribus omninò deſtitutus?

Denique ad id, quod ultimo loco ſubjungit Reverendiſſimus Promotor, quod videlicèt ſæpè fuerint in hac Sacra Congregatione propoſitæ conſimiles partus emiſſiones, & ferè numquam eas fuiſſe intèr miracula recenſitas; facilè reſponderi poteſt, quod ad nos pertinet hujus relevantiam miraculi oſtendere, ut hactenùs facere conati ſumus. Cumque negari non valeat, quod in emiſſione fætuum, præſertìm in utero mortuorum, adſit imminens mortis periculum; Invocatio alicujus ex Cœleſtibus Comprehenſoribus, & præfecta, ac ſubita ſanatio ex tali invocatione ſecuta, credimus, quod hęc exceptio adeò generalis non poſſit miraculo noſtro quicquam detrahere, cum nec præjudicare potuerit in Cauſa S. Pii V. ut fatetur Reverendiſſimus Fidei Promotor.

Quare &c.

PETRI ASSALTI
RESPONSIONES
AD ANIMADVERSIONES
Reuerendiſsimi Fidei Promotoris

SVPER V. MIRACVLO.

Adeo manifeſte præſentiſſimum Dei auxilium Beatæ Iulianæ precibus puerperæ periclitanti fuit oblatum, vt fruſtra Reuerendiſſimus Fidei Promotor Miraculum hoc repudiare ſuis Animaduerſionibus conetur: quas propterea pro mea facultate ordine refellam, ijs omiſſis, quæ ad cauſæ Patronum pertinent.

Primo affert teſtificationes obſtetricis, ipſiuſque Magdalenæ, quibus varia remedia fuiſſe adhibita comprobatur: Sed vt omittam, ab ipſa met Magdalena §. 33., & à ſeptimo teſte Iuris vtriuſque Doctore §.71., & Medico Caiozzi §.85. diſerte negari remedium vllum adhibitum fuiſſe, id enim cauſæ Patrono diſcutiendum relinquo, quo pacto teſtium ſenſus ſint conciliandi, quæ meæ partes ſunt, demonſtrabo, remedia, quæ intus aſſumuntur nullam opem afferre potuiſſe noſtræ puerperæ tam difficili partu laboranti. Me non præterit plenos eſſe Medicorum libros decantatis remedijs fœtus excluſionem iuuantibus; ſed quid hæc præſtare poſſunt fœtu iamdiù in vtero mortuo, puerpera penitus proſtrata, ac viribus deſtituta, doloribus penitus quieſcentibus? Vehementi opus eſt vteri contractione, magno diaphragmatis, magno muſculorum abdominis conatu: quæ quidem non ſine copioſo ſpirituum animalium influxu, vberi ſanguinis copia, atque optima temperie, beneque conſtituta muſculorum ſtructura contingere non poſſunt. Hæc ſi adfuerint in puerpera nimirum ſana, & valida detur aliquid remedijs expellentibus, in virtute languenti excitanda, augendaque: At ſi omnia deſiderentur reparari illicò pharmacorum ope non poſſunt. Quamobrem Medici peritiores diffiſi huiuſmodi auxilijs ad chirurgicam opem confugiunt, quemadmodum præceteris docet Chirurgus nobiliſſimus (*a*) his verbis: *Mà ſe ciò non gioua biſogna vſare l'eſtrazione, che è il modo più ſicuro di tutti: perchè in alcun modo non poſſo approuar tutti queſti rimedij preſi per bocca, che la maggior parte degl'Autori ordinano per aiutare l'eſpulſione del corpo morto nella matrice*: Immo eiuſmodi remedia non modo inutilia, ſed noxia etiam exiſtimat; ſubiungit enim: *perche tutte ſon droghe molto calde, e purgatiue, che col tempo poſſono cauſare grandi accidenti come febri &c.*: Quod ſi autem rurſus vrgeat potuiſſe ſaltem enemata acria inijcere ad dolores, & teneſmum excitandos ex eiuſdem Franciſci Mauriceau doctrina (*b*). Reſponſio in prompta eſt; nulli enim fuerunt dolores, aut igitur clyſteres minime fuerunt adhibiti, aut incaſſum.

(a) *Franciſco Mauriceau de mal. delle Don. grauid. lib. 2. cap.31.p.m.277.*

(b) *Ibidem.*

Secundo obijcit animæ defectionem, in quam incidit poſt partum, atque

atque reſiduum caloris ſenſum in vtero, ex quo infert non integre puerperam conualuiſſe: quod argumentum non videtur miraculum tollere: ſiquidem diuina virtus in eo potiſſimum enituit, vt puerpera tot difficultatibus cincta, vt niſi diuinitus affulxiſſet auxilium profecto ſuccubuiſſet, feliciter infantem mortuum eniteretur, & incolumis deinceps foret, atque grauioribus ſymptomatis immunis. Deliquium vero leue admodum fuit, ac potius ex animi perturbatione, & contractione, ob editum puerum mortuum, quam ex partus difficultate, aut morbo videtur illatum; mulieres quippe facilius animo linquunt quacumque oblata occaſione. Calor vero vteri inter leuiſſimas quoque affectiones eſt numerandus, quæ vti ſupra demonſtratum eſt in primo Miraculo §. *Secundo Medicus &c.* poſt magnorum morborum depulſionem reſiduæ, Miraculo minus officiunt.

Tertio, cum potiſſimum Miraculi argumentum ex dolorum abſentia petatur: hoc duplici ratione Reuerendiſſimus Promotor infirmare conatur: negat enim primo id factum eſſe, vt nulli in partu fuerint dolores: deinde contendit id etiam natura fieri poſſe, vt mulier ſine dolore fœtum mortuum emittat. Quod ad primam attinet, verba teſtium, quæ ipſe adducit diligenter quæſo conſiderentur; *In meno di mez' ora la partorì, e con poco dolore = E per non hauer hauute le doglie, ò poche =* Quorum ſententia verborum, vt intelligatur, meminiſſe opportet, ipſam quoque Magdalenam dolorum feciſſe mentionem; his enim ab hora 22. ad ſecundam noctis ſe vexatam memorat; in ipſo autem puerperio diſerte affirmat nullos interfuiſſe dolores §. 8. *In queſto non ſentij dolore alcuno.* Quæ itaque prædicta Magdalena dilucide diſtincteque enarrat, alij teſtes ſuperius memorati confuſe referunt; aſſerunt enim dolores modicos in partu affuiſſe, ſed tempus negligunt; an nimirum in principio, an per omne tempus durauerint, non explicant; quare eorum teſtimonia ipſius puerperæ narrationi, vtpote magis exactæ ſunt accommodanda, atque ita interpretanda, vt dolores in principio partus tantum torſerint, ac in ipſo pariendi articulo quieuerint, præſertim cum verba illa = *poco dolore = poche doglie*; referri non tantum poſſint ad doloris vehementiam, ſed etiam ad tempus, nimirum, vt modico tempore parturiens doloribus fuerit cruciata. Dolores autem præſertim nothi in principio diuexantes, ac deindè in fine quieſcentes, partum difficiliorem reddunt, vt in diſſertatione demonſtratum.

Secundam verò rationem, partum nimirum ſine dolore ſecundum naturæ facultatem contingere, confirmat auctoritate *Franciſci Mauricij de Morbis mul. prægn. lib. 2. cap. 31. pag. 277.*; Verùm prædictus auctor nullo modo aſſerere videtur ibi, poſſe fœtum mortuum emitti ſine dolore, ſed tantum in partubus difficilibus ob fœtum mortuum plerumque dolores quieſcere, tunc verò periculo liberari non poſſe puerperas, atque eniti, niſi excitatis doloribus per clyſteres acres, aut Chirurgi ope extracto fœtu. En autem ipſius verba = *Quando il fanciullo è morto &c. O benchè ſi preſentino con la teſta nella figura naturale, i dolori della Donna ſono sì debili, e lenti in tal'occaſione, che non ne poſſono far l'expulſione, ed il più delle volte non ne hà ò almeno molto pochi &c.; che perciò ſenz' aſſiſtenza dell'arte non potrebbe far di meno di non ſoccombere. Tuttauia prima di venire all'operazion della mano, biſognerà eccitare i dolori con clyſteri*

ſteri gagliardi, ed acri, per farle venire i premiti, che ſpinghino all' ingiù &c. Ma ſe ciò non gioua biſogna far l'eſtrazione = Quæ quidem clare demonſtrant partum ſine dolore euenire naturaliter non poſſe, niſi Chirurgi auxilio, quam quidem ſententiam tuentur quoque Iuris Canonici Scriptores. (*a*)

Sed affert præterea phyſicas rationes Reuerendiſſimus Promotor, cur ſine dolore parere poſſit mulier: Nimirum quia ex inchoata vteri necroſi, fibræ contrahi amplius non poſſint. At doloris ſenſum quidem adimi per necroſim facilè intelligo: quomodo autem ſublata fibrarum vteri contractione expelli poſſit fœtus præſertim mortuus, non video. Nequit enim infans vteri anguſtias euadere, niſi proprio conatu, & materni vteri impulſu; vtriuſque autem virtute emortua emitti nequaquam poteſt, niſi externa vi tractus. Deinde licet vterus ob necroſim ſtupeat, non propterea dolor omninò in partu quieſcit; etenim oſſa iſchium, ilium, & ſacrum loco moueantur neceſſe eſt, vt probauimus, quod ſine magno dolore contingere non poteſt.

Verùm demus iam Magdalenam ſine dolore naturaliter peperiſſe inchoata iam vteri necroſi; Quomodo ex vteri gangræna euaſit illicò, nulliſque adhibitis remedijs? Gangræna enim nihil aliud eſt, quam *inchoata partium necroſis, ſeu mortificatio*, vt Medici definiunt (*b*) morbus propterea ſæuiſſimus curatu difficillimus, ac lethalis. Vel igitur altero Miraculo opus fuit, vt gangræna momento liberaretur, vel nulla fuit vteri necroſis.

Quarto Miracula difficilis partus ſæpius improbata apud Sacram Rituum Congregationem refert; fœtus autem mortui emiſſionem S.Pij V., ideo inter Miracula numeratam, quia grauiores aderant conditiones. Videamus igitur an in noſtra puerpera eædem, ac fortaſſe etiam plures, & grauiores difficultates fuerint; quæ licet fuſius demonſtratæ ſint in diſſertatione, operæ pretium erit ſtrictim hic etiam complecti. Magdalena Cittadelli longo morbo confecta, tribus nimirum menſibus, viribus omnino erat deſtituta, ac ita proſtrata, & abiecta metu, & mœrore, vt animum erigere non poſſet; Tempus partui aduerſabatur, hiems enim erat; Vterus contracto frigore fœtum pellere nequibat: aberant in pariendi articulo dolores, qui in principio ægrotam importune fatigarant; Fœtus triduo iam mortuus in globum inflexus, proprijſque membranis obductus prodijt. Nimis longum foret hæc omnia ſingillatim ponderare ſatis enim demonſtratum eſt in prædicta diſſertatione, mulierem his difficultatibus implicitam naturaliter parere non poſſe.

(a) *Pignatel. Conſult. Canon. tom. 7. conſult. 26. n. 32.*

(b) *Etmulleruſ. Chirurg. Med. tom. 2. cap. 6. Dolcuſ. Encyclop. Chirurg. rational. lib. 6. cap. 3. §. 1.*

R E V I S A.

Io: Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

QVINTVM MIRACVLVM

Feliciſſimæ emiſſionis ab utero abortus, octimeſtris, olim extincti, ſuis adhùc membranis inuoluti, inquæ ſuis, putreſcentibus humoribus immerſi, quæ pro quinto Miraculo proponitur in Poſitione.

Beatiſsime Pater.

SVbitam, ac facilem in abortu, fœtus octimeſtris, ſuis adhùc membranis inuoluti, ita pridem, vt iam putreſceret, extincti, ab vtero emiſſionem in Fœmina longo Mentis, æquè ac Corporis morbo oppreſſa, ea quidem ſuperſtite, ac ſoſpite, Miraculo adiudicandam eſſe validis adeo argumentis comprobauit diſertiſſimus Collega noſter Petrus Aſſalti, vt, de Miraculi euidentia ſuaſi nos ſatis ſuperque cum ſimus, & validiora argumenta ad id comprobandum non inuenientes, ne crambem, vt aiunt, recoquamus, muneri noſtro ſatisfeciſſe credamus hic, ſi quæ in diſſertatione ad opportunitatem exarata conſcripta ſunt, nos item pro veritate ſcribentes, confirmabimus.

Aderant vtique, tum ex parte Fœtus, cum ex parte vtero gerentis; omnes circumſtantiæ, quæ partum difficilem, ac laborioſum, parturientem verò in maximo vitæ periculo verſari, declarabant.

Abortum omnem, & longè maiori cum labore, quàm partum maturum enixæ experiuntur Mulieres, & longè maiori cum periculo experientia, æquè ac rationibus edocti exiſtimant Medici: *Vt enim in fructibus maturis*, verbis hic vtor Sennerti (a) apprimè rem deſcribentis, *pediculi ab arbore laxantur, & ſponte decidunt: ita in partu naturali vaſa, & ligamenta, quibus Fœtus vtero cohæret, ſponte laxantur, & ſoluuntur, quæ in abortu violenter abrumpi neceſſe eſt.* Quo grandior autem eſt Fœtus, eo in Abortiente cum labore augetur periculum = *Periculoſior eſt abortus ſexto, ſeptimo, & octauo menſe, quia Infans iam grandior in exitu maiores labores, & vaſorum, & ligamentorum ruptionem affert.* Idem Sennertus docet. (b) Metus equidem, qui ſubeſt, admonente Ettmullero, (c) in omni abortu ne ſecundinæ retineantur, & dolores, & hæmorrhagiæ grauiores, ac alia grauiora ſymptomata ne exoriantur augetur in grandioris Fœtus abortu.

(a) *Pract. lib.4. par.2. ſect.6. c.2.*

(b) *Loc. cit.*

(c) *Coll. pract. ſect. 7. cap. 1. art.1. de abortu.*

In caſu igitur noſtro, ſcilicet in octimeſtris Fœtus abortu, æquè magnus, & in abortu labor, & abortientis periculum eſſe debuerat; vtrumque autem maximum fieri debuit, quod mortuo, & iam putreſcente Fœtu, ſuiſque adhùc membranis incluſo, quinimmo in

ſuis

ſuis adhuc humoribus, ſed corruptis, ac graueolentibus, immerſo, Mulier abortiuerit.

Quantùm igitur oportuit roboris exercuiſſe noſtram hanc, dum eniteretur, vtero gerentem, vt eam ab vtero molem excluderet? At quas vnquam exercere potuit vires ea; quæ iamdiu triſtitia confecta, ac timore macerata, omnino languebat? Quid quæſo roboris ineſſe potuit Mulieri, quæ tot tranſegerat noctes inſomnis, tot ferè ſine victu dies? Perfractas adeo vires vtique habebat, vt neque incedere, neque ſtare valeret = *Ero coſì rimaſta priua di forze, e fiacca, che il più del tempo ſtaua in letto, e a ſedere* (d) Hæc de ſe narrat ea, atque hæc eadem confirmantur teſtimonio Medici curantis (e).

(d) *Summ. pag.* 211. §. 4.
(e) *Summ. pag.* 221. §. 78.

Vt paucis igitur omnia perſtringam, potuit equidem, non inficior, Maria Magdalena Cittadelli ex abortu, numeris omnibus abſolutè perículoſo, naturaliter ſeruari; at non potuit naturaliter procul ab omni labore, atque adeo procul ab omni vitæ diſcrimine aboriri.

Id euincunt rationes, quas nos indicauimus tantùm, luculentiùs verò, & doctiſſimè expoſuit in ſua diſſertatione pro opportunitate Scriptor. Felicitatem igitur euentus interceſſioni B. Iulianæ adſcribendam rati, id ſine Miraculo haud factum fuiſſe cenſemus. Neque dolores, qui abortum præceſſerunt, neque enarrata animi deliquia, quæ abortum inſequuta ſunt, neque caloris, qui diutiùs poſt abortum vteri regionem leniter calefecit, euidentiæ Miraculi, ex noſtra ſententia, aduerſari poſſunt. Quin potiùs magis magiſque Miraculum declarant. Dolores quippe ante abortum futuri morbi indicia extiterunt, qui eo quod diuinitùs amotus, ex natura ſua non ſucceſſit. Symptomata autem, quæ abortum inſequuta ſunt, quantùm laboris, ac imminentis periculi aboriens non ſine Miraculo effugerat palam inde fecerunt, quæ quidem effugerat quidquid laboris, ac periculi ex eo abortu octimeſtri extincto, putridoque, ſuis membranis incluſo, inque ſuis immerſo humoribus emittendo, naturaliter ei impendebat, viribus præſertim deſtitutæ, ac penè languenti, ratione, tum mentis, tum corporis iamdiu, vt ante iam diximus, ægrotanti.

Quamobrem, cum in ijs circumſtantijs feliciter adeo enixa ſit Maria Magdalena, vt rem ipſa enarrans fateatur, nec vllis eo temporis tentatam fuiſſe doloribus = *Non ſentij dolore alcuno*, (f) id prorsùs Miraculo adſcribendum eſſe cenſemus.

(f) *Summ. pag.* 211. §. 8.

Alexander Paſcoli P. G. &c.

REVISA.

Ioannes Zuccherinius Subpromotor fidei.

ANIMADVERSIONES

SVPER VI. MIRACVLO.

Aſſertæ inſtantaneæ ſanationis D. Lucretiæ de Peſciolinis Nobilis Piſanæ à Reumatiſmo in dextera Corporis parte, & à morbo Tibiæ cum viſione interna Beatæ Iulianæ.

SAnatio ab effectibus hiſtericis vnà cum fluxione reumatica, & à debilitate in Tibia, quibus laborabat ſupradicta Lucretia de Peſciolinis iuxtà aſſertionem Medici Curæ, de qua *Proceſſ. fol.* 811., & Chirurghi eodem *Proceſſ. fol.* 699. reputari non debet ſupernaturalis, ſed referri debet actiuitati medicamentorum, quæ, & ſanè proportionata morbis; quibus eadem grauabatur fuerunt ſubminiſtrata, vt aliàs oſtenſum fuit in examine quarti Miraculi §. *Quamuis prædicta*.

Quod autem Lucretiæ Patienti fuerint ſubminiſtrata medicamenta, clarum remanet; Si enim ſermo ſit de morbo hiſterico, & fluxione reumatica, ità deponunt Chirurgus *Proceſs. fol.* 696. = *Li cauai ſangue vna volta ſecondo l'ordinazione del Medico, mà benche allora ſi quietaſſero vn poco, li ritornò il giorno ſeguente l'accidente più fiero, il Medico ordinò alcuni medicamenti, ma non sò quali foſſero* = Medicus *Proceſſ. fol.* 813. = *Li medicamenti furono vn'emiſſione di ſangue, che non ſi potè replicare, perche li cagionaua reparationi di liquidi ne' reni, che li poteua fare del gran male, e furono antiſterici, e fomente* = eaque adhibita fuerunt vſque ad diem ſequutæ ſanationis, vt ait Teſtis XLVII. *Proceſſ. fol.* 763. = *Io non viddi nel tempo, che ci fui, vſarli altro rimedio, che le pittime cordiali, le quali ſenza ſapere di auerle, ſubito chè ella riceuè la grazia, le preſe, e le gettò via, dicendo, non hò biſogno di queſte coſe* = & *Teſtis XLIX. Proceſſ. fol.* 781. *tergo, e ſentendo di auere certe fomente, le preſe, e le gettò via, dicendo, leuate di qui queſti impiaſtri, che non hò biſogno più di coſa alcuna.*

Si verò loquamur de debilitate, qua Patiens in Tibia laborabat, ait Chirurgus *Proceſſ. fol.* 699. = *Deuo aggiungere, che auendo patite alcune piaghe* (nempè eadem Lucretia) *nella gamba ſiniſtra medicate da me, eſſendoli rimaſta vna poca di debolezza, le ci faceuo tenere vna piaſtra di piombo mercuriata per fortificare la debolezza rimaſtali dopo ſaldate le piaghe &c.* & latiùs habetur in Proceſſu.

At quatenùs ſanatio tribuenda per poſsibile non eſſet actiuitati medicamentorum, quæ D. Lucretiæ de Peſciolinis fuerunt ſubminiſtrata, adſcribenda ſanè non eſſet interceſsioni Beatæ Julianę de Falconerijs, eo quia Patiens eiuſdem adiutorium non implorauit; Aſſumptum probatur ex eo, quod ſanata nil reſpondit Marito inſinuanti eadem die obtentæ ſanitatis, vt imploraret auxilium Beatæ Julianæ, vti non obſcurè colligitur ex lectura *Proceſſus fol.* 753. = *L'iſteſſa mattina che lei Cancellier Saluetti mi diſſe, che conſigliaſſi la mia Signora Conſorte à raccommandarſi alla Beata Giuliana, che fù il dì* 30. *di Marzo giorno di Lunedì Santo proſſimo paſſato me ne tornai à caſa, & andato*

la

al letto di detta mia conſorte li diſſi, che haueuo hauto queſto diſcorſo con lei Cancellieri, e mi haueua detto, quanto ſopra hò depoſto, & eſſa non mi ricordo, che à ciò mi replicaſſe, mà partij di Camera, & ella nel prendere vn'ouo à beuere, vn poco di pan grattato fino in beuanda, fù ſorpreſa da vn fiero accidente di effetti ſterici &c.

Abſque eo quod inuocatio Beatæ Julianæ deſumi poſsit ex aſſerta viſione interna, in qua dicitur fuiſſe inuocatum à Patiente auxilium dictæ Beatæ, quia præter quam quòd improprietatem ſapere videntur ea, quæ exponuntur in aſſerta viſione interna, vt conſideranti patet, talitèr vt viſio illa non ſit vllo pacto habenda pro vera, & ſupernaturali; De illo tempore nulla poterat dari inuocatio Beatæ, dùm Patiens non erat ſui compos, vt aſſerit eiuſdem Frater *Proceſſ. fol.853.* = *La ritrouai aſſalita da vn fiero accidente d'effetti ſterici, che l'haueua leuata fuori di cognitione, e ſentij, che delirando diceua* = Et concordat Medicus Curæ *Proceſs. fol.811.* = *Eſsendoli ſtato portato la Reliquia della Beata Giuliana in camera, come delirando, perche non era in cognitione, diceua San Ranieri, chi è queſta Donna &c.*

Quinimò dato etiam, quod fuerit imploratum adiutorium Beatæ Julianæ adhùc tamen id non ſufficit ad effectum de quo agitur, eo quia non fuit inuocata interceſsio, & patrocinium ſolius Beatæ Julianæ ſed vna ſimùl imploratum fuit adiutorium Sancti Rainerij, vt fatetur eadem Lucretia ſanata *Proceſs. fol.744. tergo* = *mi raccommandai alla Beata Giuliana, & à San Ranieri, poi perdei la cognitione*, & *fol.747. Io mi raccommandai à tutti due, perche era qualche giorno, che haueuo in camera la Reliquia di San Ranieri, e chieſi quella della Beata Giuliana, e non ſaprei dire in quel giorno in chi haueſſi maggior fiducia* = Et in hoc caſu in dubio ſanatio tribui debet Sancto Rainerio non autem Beatæ Julianæ adhuc non canonizatæ, vt obſeruat *Motta de Canonizat. Sanctor. par.3. cap.20. num.7.*; Et alias oſtenſum fuit in examine Quinti aſſerti Miraculi.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO
Ad Animadverſiones Reverendiſſimi Fidei Promotoris.
SUPER VI. MIRACULO:

Inſtantaneæ ſanationis D. Lucretiæ de Peſciolinis Nobilis Piſanæ a Reumatiſmo in dextera corporis parte, & a morbo Tibiæ cum viſione interna B. JULIANÆ.

Beatiſſime Pater.

TRES Morbos, & conſequenter tres ſanationes recognovit D. Aſſaltus ad opportunitatem Cauſæ ſcribens in ſanatione Nobilis fœminæ Lucretiæ de Peſciolinis; & ideò non videtur dubitandum, quin tres hæ ſanationes ſaltem ſumptæ per modum unius, verum Miraculum tertii generis a S. V., ut ſperamus, approbandum, conſtituant.

Morbi ſunt innegabiles, Reumatiſmus, Præfocatio hiſterica, & vitium carnis, ac nervorum ejus: Invocatio pariter eſt manifeſta ex dicto Sanatæ, ut mox probabimus, & de ſubita demùm, ac perfecta ſanatione dubitari non poteſt. De primo extremo opportuni Teſtes deponunt jam indicati in noſtra informatione §. *De primo Miraculi extremo*. Invocatio relinquitur probata ibidem §. *Invocatio*, ſicuti ſecundum extremum §. *Secundum vero*, & ſequen.; ſupereſt ergò, ut ſatisfiat difficultatibus excitatis a Reverendiſſimo Fidei Promotore in ſuis Animadverſionibus ſuper hoc ſexto Miraculo; quarum prima eſt, quam relevat in principio, quod nimirum Sanata noſtra medicamenta morbis proportionata ſuſcepit; & proindè quod ſanatio indè ſecuta, illis, non autem virtuti ſupernaturali attribui debeat; quæ quidem illatio eſt manifeſta, ſi verum eſt aſſumptum, quod ipſe probat ex proceſſu *fol.697. Summ.* §.7., *& proc. fol.*813. *Summ.* §.170, *& proc. fol.*763. §.100. *& proc.fol.* 781.*a tergo Sum.*§.819. Ex quibus profectò locis pluſquam liquido apparet, Sanatam opportunis curatam fuiſſe remediis; Et hoc quantum ad affectiones hiſtericas & ad fluxionem Reumaticam. Quantum vero ad vitium Tibiæ affert ex *proc.fol:699. Summ.* §. 12. quod Chirurgus proportionatum paravit, & applicavit præſervativum, ne vitium propagaretur; & ut vires reſtituerentur.

Verum enim vero aſſumptum pro nunc non negamus, illationi tamen minimè ſubſcribimus. Sumpſit Ægra medicamenta, & hæc fuerunt morbo proportionata, ſed morbus non ceſſit, imo pertinaciùs recruduit. Illis, ut infra dicemus, igitur attribui non poteſt ſanatio; quia ſanatio, quæ artis medicæ remediis obtinetur, paulatim, & non ſubito.

 to.

to, aut inſtantaneè acquiritur, ut omnes Periti uno ore fatentur; & ſanè in ſubjecta materia hujus ſanationis idipſum apprimè notarunt tàm Medicus, quàm Chirurgus; ille quidem *Summ.* §.171. ibi = *il mio giudizio era, che poteſſero ſeguire delle diſgrazie, e ſtimavo, che foſſe maggiore il dubio, che non guariſſe in quello ſtato di coſe, ch'ella guariſſe, o almeno credevo, ci voleſſe molto tempo a guarirla &c. per eſſer prodotto queſto male da una cagione, che non poteva rimuoverſi ſenza molto tempo, & ajuti per la qualità del ſuo temperamento facile a dare in queſti ſcioglimenti di ſpiriti.* Chirurgus autem §.24. ibi = *lo ſtimai Miracolo, perche guarì in un'iſtante ſenza rimedi, che naturalmente non poteva ſeguire, e chi ha ſentito ſimile ſanazione, l'ha ſtimata miracoloſa &c.*

Et profectò lumine naturali comprobatur, quod affectiones hiſtericæ, & magis paſſio reumatica ſatis contumaces ſunt, ne in ictu oculi poſſint a corpore affecto ſeparari, & quamvis poſſint remediis artis minorari non tamen illicò ſanari. Itaque ſi ad applicationem reliquiæ B. Julianæ ſtatim ſoluta eſt membrorum dextera pars Reumatiſmo affecta, ſi conſeſtim ceſſarunt affectiones hiſtericæ, ejuſmodi ceſſatio, & ſolutio non ſunt attribuendæ virtuti medicameutorum, ſed magis virtuti ſupernaturali Agentis divini ex interceſſione B. Julianæ ab Infirma invocatæ.

Nec fiat difficultas, quod morbus, etſi gravis, & periculoſus, initium habuit die 25. Martii, & quod ideò infirmitas fuit brevis, quia non eſt diuturnitas temporis, ſed morbi acerbitas, quæ morbum periculoſum conſtituit, & ideò materiam miraculi. Quamobrem licèt morbus noſtræ Lucretiæ non fuerit diuturnus, fuit tamen periculoſus; & tantò minus poterat inſtantanea ſanatione repelli; quantò magis erat adhuc in principio, & acerbitate malitiæ. Coctiones enim materiæ adeò contumacis brevi intervallo quinque, aut ſex dierum fieri non poterant; & conſequenter, ſi non obſtante ejuſmodi circumſtantia ad applicationem reliquię, morbus fuit ſtatim repulſus, fruſtra medicæ artis remediis adſcribitur.

Secundò relevantia hujus miraculi colligitur ex eo, quod, ſi ſanatio eſſet attribuenda remediis artis medicæ, debuiſſent hæc conferre aliquod levamen infirmæ quando primo, & ſucceſſivè ſuſcepit. Contra tamen res ſe habuit; nullum enim melioramentum ægra a remediis reportavit. Ita enim deponunt Teſtes in Summ. hujus miraculi, nempe Chirurgus §. 7. ibi = *Li cavai ſangue una volta ſecondo l'ordinazione del Medico; ma benche allora ſi quietaſſe un poco, gli ritornò il giorno doppo l'accidente più fiero. Il Medico ordinò alcuni medicamenti, ma non ſo, quali foſſero; ſo bene, che la matina del giorno, che reſtò ſanata nell'eſſere a viſitarla, la viddi ſtare maliſſimo; ne aveva potuto pigliare medicamenti, ne altro per bocca &c.* Sanata §.27. ibi = *fu neceſſario la matina ſeguente chiamare il medico, quale mi ordinò alcuni bocconi &c. fu neceſſario venire all'emiſſione del ſangue; ma tutto ſenza giovamento, per quanto io conoſceſſi.* Vir Sanatæ §.75. ibi = *Circa delli medicamenti nel primo male delli effetti iſterici, furono un'emiſſione di ſangue, e bocconi narcotici, ma ſenza frutto alcuno, perche gli ritornavano doppo queſti medicamenti gli accidenti più fieri &c.* Teſtis 47. §.97. ibi = *Il Signor Dottor Fabretti era il ſuo Medico, ne ſo, che medicamenti gli faceſſe; ma è ben vero, quali foſſero, non gli avevano giovato per quanto ſi vedeva.* Teſtis II. §.147. ibi = *non ſo precisamente coſa gli faceſſero, e quali rimedi gli ſi adopraſſero, il tutto per quanto vedevo con niun profitto.*

ſitto. Medicus §. 170. ibi = *Li medicamenti furono un'emiſſione di ſangue, che non ſi puotè replicare, perche li cagionava ſeparazione di liquidi ne'reni, che gli poteva fare del gran male; e furono antiſterici, e fomenti, e non ſe ne cavò giovamento alcuno &c.* ſi ergo ſanatio inſtantaneè ſecuta poſt invocationem B. Julianæ attribui poſſet medicamentis, Infirma aliquod levamen reportaſſet præcedentibus diebus. Cum itaque nullum melioramentum reportaverit, fruſtra in efficaciam illorum ſanatio indè ſecuta reducitur; ne iterum dicamus, quod pro primo miraculo diximus, quod efficacia, & activitas medicamentorum debuiſſet aliàs ex condicto expectare B. Julianæ invocationem factam ab infirma, ut poſt ipſam propriam explicarent virtutem, quam in applicationibus minimè oſtenderant.

Tertio eadem relevantia manifeſtatur ex eo, quod eadem remedia eo præſertim die, quo ſanatio ſecuta fuit, non fuerunt adhibita, ut probant Teſtes §. 7. 42. 78. 100. 102. 150. 173. & licet ad hoc poſſet replicari, quod circa IV. miraculum dictum fuit, videlicet, quod juxta Medicorùm regulam, aliquando ceſſandum eſt a medicamentis; nihilominus hęc replicatio habet locum, quando remedia ſunt talis conditionis, quod effectum ſuum ſtatim producere non ſolent; ſecus verò, quando è contrà remedia, ſi propria, & opportuna ſunt, debent prodeſſe in applicatione, quando ſunt activiora, & non poſtea *Zacch. queſt. medic. legal. lib.4. tit.1. qu.8. n.12.*, *& conſ.49. n.17.* Remedia autem adhibita pro noſtra infirma, fuiſſe *un emiſſione di ſangue, che non ſi potè replicare &c. e furono antiſterici, e fomenti, e non ſe ne cavò giovamento alcuno*: & §.173. interrogatus an die ſecutæ ſanationis adhibita fuerint medicamenta, reſpondit ibi = *Io non gli aveva ordinato coſ'alcuna, e ſolo avevo adoperato odori di carabe, & altri odori antiſterici, e può eſſere, che li faceſſero delle fomente, perche glien'avevo ordinato al principio del male, e la cagione di non ordinarle fu, perche dall'uſo dell'antiſterici ne ricavava patimento, perche gliene ſeguivano li medeſimi accidenti, che pativa nel prender cibo, e non ſe ne ricavava profitto alcuno, e l'emiſſione del ſangue non glien'ordinai per il ſoſpetto delli ſcioglimenti detti di ſopra &c.*

Quarto relevantia ipſa colligitur ex eo, quod die ſecutæ ſanationis, vel diebus præcedentibus infirma nullam cryſim paſſa fuit §. 18. 45. 81. 106. 129. 153. 177. eſt autem Canon inconcuſſus apud omnes medicæ artis Peritos, nullum morbum ab humano corpore expelli poſſe, niſi pręvia evacuatione humorum peccantium; ubi autem nulla cryſis præceſſit, fruſtra prætenditur morbum fuiſſe naturaliter expulſum.

Quinto denique eadem relevantia comprobatur ex modo ſanationis, non ſolum quia fuit inſtantanea, ſed quia fuit integra, & undequaque perfecta. Ubi enim ſanata noſtra paſſiones hiſtericas, aliis vicibus paſſa fuit, & naturaliter ab illis convaluit, aliquæ morbi reliquię poſt ſanationem remanſerunt; quo ſuppoſito, licet etiam deducere, quod idē ſecutū fuiſſet in hac ſecunda infirmitate, ſi ſanatio ab ea obtenta, fuiſſet naturæ viribus, aut medicæ artis virtute.

Quod ſanata aliis vicibus, quibus paſſa fuit paſſiones hiſtericas non ſtatim cum morbo, morbi etiam reliquiæ depulſæ fuerint, habetur ex Summ. §. 47. ubi ſanata inquit ibi = *Ne ho patito altre volte di queſti mali &c. e me ne ſono liberata a forza di medicamenti, e di tempo, ma rimanevo con debolezza di volto &c.* Teſtis 47. §. 83. ibi = *Ne ha patito altre volte, e non ſe n'è mai liberata, ſe non per forza di vari medicamenti,*

& emiſſioni di ſangue, e benche liberata dall' accidente, rimaneva con debolezza, e convaleſcenza di qualche giorno &c. Teſtis medicus §. 177. ibi = *Da ſei, o ſette anni in qua, che la medica io, ha patito altre volte di queſti effetti iſterici, ma non erano così veementi ad un gran pezzo, e ſe ne liberava con emiſſione di ſangue, e con antiſterici, mà gli rimaneva una gran debolezza, e reſtava molto tempo incommodata, e non ſono ſtati mai congionti coll'affezione reumatica.*

Quod autem in ſanatione, de qua agitur, nulla reliquia morbi remanſerit, nulla debilitas, aut convaleſcentia, conſtat ex Teſtibus §. 12. ibi = *Ancor io la viddi totalmente guarita da ſopradetti mali, ne gli erano rimaſti avanzi, o reliquie di eſſi.* Et §. 33., & 44. ibi = *Perche non mi rimaſe ne dolor di capo, ne febbre, ne impedimento di membra, nemmeno debolezza alcuna, e poſſo dir niente affatto, e ripreſi la quareſima, come ſana.* Et § 65., 66., & 79. ibi = *Non gli è rimaſto nulla, perche è ſtata ſempre bene*, & § 88. ibi = *Non è ſtata mai interamente libera in un tratto, come adeſſo, e ſenza medicamenti alcuni*, & §. 103. ibi = *Non gli rimaſe ſtraccio alcuno del male &c., perche gli ritornorono le forze, la ſera iſteſſa ſi levò, e ſtiede intorno ad un quarto d'ora inginocchioni &c.* & §. 127. ibi = *Non li rimaſe reliquia alcuna di detto male*, & §. 140., & 151. ibi = *Non ebbe piu male alcuno, e non li rimaſe avanzo veruno di d. male.* Et §. 175. ubi Medicus ibi = *Non gli rimaſe reliquia alcuna, ma reſtò guarita interamente in un ſubito &c. perche li ceſsò l'affezione iſterica ſubito doppo eſſer ſtata toccata colla reliquia della B. Giuliana, e perche ſi levò l'iſteſſa ſera, & il giorno ſeguente; e di poi è ſtata ſempre bene.* Quodque magis auget miraculi hujus fulgorem, eſt, quod ſanata numquam amplius hiſtericos ſenſit inſultus, & numquam fuit reumatico morbo affecta, ut ead. ſanata, & reliqui ſuprà recenſiti Teſtes affirmant, Summ. hujus miraculi §. 20. 46. 82. 107. 130. 154., & 177.; & nuper currenti anno eadem ſanata idipſum extrajudiciali atteſtatione depoſuit *Sum. additionali n. unico*. Concludendum itaque eſt, quod ſi ſanatio hæc fuiſſet effectus, aut naturæ, aut artis, non fuiſſet inſtantanea, morbus fuiſſet contra remedia adhibita contumax, nec ſecuta eſſet ſine cryſi, nec fuiſſet integra, & perfecta, nec tandem diuturna, & perpetua, quia ſi tunc, quando aliàs infirma paſſa fuerat inſultus hiſtericos, etiamſi non fuerint conjuncti cum paſſione reumatica, adhuc ab iis libera non evaſit, abſque eo quod remaneret debilis, & infirma per aliquot ſaltem dies juxta majorum, aut minorum inſultuum gravitatem; quomodo potuiſſet in præſenti integrè, & perfectè ſanari unico prorſus inſtanti abſque ulla morbi reliquia, & abſque ejuſdem morbi incomoditate?

Præſertim quia hujus miraculoſæ ſanationis teſtimonium perhibet alia ſanatio a quodam vitio in tibia ſiniſtra, de quo vitio loquuntur Teſtes Summ. § 12. 40. 69. 73., & Inform. noſtræ §. *Hoc inſuper*, quæ ſanatio, quià fuit inſtantanea ad tactum, ſeu applicationem reliquiæ B. Julianæ, nulla prorſus debilitate remanente, & abſque eo quod numquam ampliùs eodem vitio laboraverit. §. 13. 14. 15. 16. 40. 41. 69. 70. 132. 133. 144. 145. 156. 157., & 159.

Cujus quidem teſtimonii firmitatem minimè tollit id, quod Reverendiſſimus Fidei Promotor oppoſuit §. *Si verò* ex Chirurgo, ut ſuprà teſtante de cura prædicti vitii Sum. §. 12. ibi = *Devo aggiungere, che avendo patite alcune piaghe nella gamba ſiniſtra medicate da me, eſſendoli rimaſta un poco di debolezza, le ci facevo tenere una piaſtra di piombo mercuria-*

curiata per fortificare la debolezza rimaſtali doppo ſaldate le piaghe. Hæc enim depoſitio Chirurghi ſolum probat, quod plagę pręcedentes fuerunt ab eo curatæ: illa tamen debilitas, quæ remanſerat, nullatenus curata eſt, quia lamina illa plumbea quantumvis mercuriata, quid poſſit roboris conferre tibiæ defectuoſæ, nemo non videt.

Præſertim quia idem Chirurgus explicando hujus vitii naturam multò melius, ſe explicat dicens §. 14. ibi = *l'impedimento ch'ella aveva da d. debolezza era notabile, perche erano più di due meſi, che andava alla meſſa alla Chieſa del Carmine dirimpetto alla ſua Caſa con mazza, o canna d'India, e coll'ajuto delli Servitori, e non poteva ſtare alla meſſa inginocchioni, come è coſa notiſſima in Piſa, e non poteva in un ſubito liberarſene naturalmente &c.*, & loquens de ſanatione addidit §. 15. ibi = *la ſera caminava beniſſimo, e la matina andò alla meſſa ſenza mazza, & ajuto alcuno, e ſtiede inginocchioni a meſſa &c., e fino al preſente non ha patito debolezza alcuna.* Ipſa etiam ſanata de ſe ipſa, & de facto proprio deponens §. 40. inquit ibi = *erano da cinque anni, che un Ceruſico m'aveva trapaſſata una vena nel cavarmi ſangue dal piede, e ciò aveva cagionato una piaga, che avevo tennuta aperta due anni; Ma poi riſerrataſi per tre anni ſuſſeguenti ſtiedi bene, ſenza più ſentire incomodi di d. gamba, e riapertoſi queſta del meſe d'Ottobre paſſato malignò talmente, che m'offeſe li nervi, e mi fece ſtare più di quattro meſi nel letto; onde biſognò per potermi reggere ſopra di eſſa, che vi teneſſi ſopra una ſtaſſa di piombo, nondimeno zoppicavo un poco nel caminare.* Hoc idem affirmant cęteri Teſtes §. 69. 74. 123. 143. 144. 156. 157. & 159. Cumque, ut conſtat, ab hoc vitio Tibiæ Ægra noſtra ſtatim poſt invocationem liberata fuerit, clauda ambulaverit, & tibia infirma, ac debilis antiquis viribus fuerit reſtituta, nulla remanente prorſus morbi reliquia, nulloque recidivæ inſultu, planè colligitur, ſanationem hanc non poſſe attribui virtuti naturali, quæ ut ſupra probavimus, ſucceſſivè, & non inſtantaneè ſuos effectus producit; & quæ licet intenſionem morbi depellat, non tamen omnes ejus reliquias arcet, & non avertit recidivæ periculum. Quod ſi hæc ſanatio, (licèt non a morbo graviſſimo) viribus naturæ non potuit ſequi, ut ipſe Chirurgus ingenuè loco nuper tranſcripto faſſus fuit; debet ergo adſcribi interceſſioni B. Julianæ, eritque ſignum qualitatis prodigioſæ, quæ irrefragabiliter, ut probatum eſt, comitata fuit ſanationem a morbis hiſtericis, & a paſſione reumatica, de quibus ſupra uſque ad nauſeam.

Ex his gradum facimus ad alteram difficultatem, quam propoſuit Revm̃us Fidei Promotor §. *At quatenus*, tangentem defectum invocationis B. Julianæ; refertque pro aſſumpto probando dictum Viri ſanatæ proc. fol. 753. Summ. §. 60., qui aſſerens, ſe monuiſſe Dominam Uxorem, ut protectionem B. Julianæ imploraret, addit, ibi = *& eſſa non mi ricordo, che a ciò mi replicaſſe.*

Sed ceſſat omnis difficultas ex dicto ſanatæ invocantis, quæ ad inſinuationem mariti B. Julianam invocavit Summ. §. 29. ibi = *la matina ſuſſeguente del dì 30. ritornando a caſa il Sig. Cavalier Nicolò Maria mio Marito, dicendo d'aver parlato con lui Cancellier Salvetti, & aver ſentito, che queſta Beata faceva di belle grazie, mi conſigliò anch'eſſo a raccomandarmi a lei. Io allora voltandomi alla Beata, gli diſſi veramente di cuore = Santa benedetta ci ſono ancor io, = e me li raccomandai &c.* Undè, ſi, ut eſt plenè compertum apud omnes, in materia invocationis creditur invocanti, ut ſcripſit *Em̃us de Laur. diſp. 20. de*

mira-

miracul. num. 1103., *& ſeqq. Mat. de Canoniz. part.* 4. *cap.* 20. *num.* 6. noſtræ ſanatæ perſpicuè teſtanti de invocatione plenè credendum non ambigimus, quicquid Maritus ejus dixerit in contrarium.

Sed tantum abeſt quod Maritus quicquam in contrarium depoſuerit, ut ipſe dictum uxoris confirmet; ait enim = *& eſſa non mi ricordo, che a ciò mi replicaſſe*. Hæc autem propoſitio nihil aliud importat, niſi, quod uxor audito Mariti conſilio illi devotè acquieverit. Verbum enim *replicare* litteraliter ſignificat *inſtare contra reſponſionem*, undè regulariter accipitur pro eodem, ac *contradire*; & conſequenter teſtante Marito = *& eſſa non mi ricordo, che a ciò mi replicaſſe*, idem profectò, & quoad æquivalentiam aſſeruit, acſi dixiſſet, *& eſſa non mi ricordo, che a ciò mi contradiceſſe*.

Hanc autem interpretationem Mariti verbis adjicimus tamquam veriorem, & veroſimillimam. Cæterùm, quamvis ea non placeret, nihil plenè contra realitatem invocationis concluderetur. Quandoquidem relicto etiam dicto Mariti in ſenſu uſurpato a Rmo Fidei Promotore; Cum aliàs Sanata ſub juramento affirmaverit, ſe invocaſſe B. Julianæ præſidium, planè credendum eſt, quod ea in ſcrinio cordis eadem imploraverit, nihilque Marito, ut ſupra monenti verbaliter reſponderit. Cumque uxor non dixerit, ſe voce externa invocaſſe; quamvis Maritus teſtetur, eam ſibi non replicaſſe nulla eſt contradictio; cum ad ſummum maritus invocationem externam neget, & uxor plenè internam concludat.

Conſtitò autem de invocatione B. Julianæ tùm ex dicto Sanatæ, tum ex dicto, (ut omninò prætendimus) æquivalenti Mariti, nullam videtur facere difficultatem, quod Sanata ſimul cum B. Juliana invocaverit etiam Sanctum Ranerium, ut indicat Revmus Fidei Promotor *proc. fol.* 744. *tom. Sum.* §. 48., ubi Sanata ſe expreſſit dicens ibi = *mi raccomandai alla B. Giuliana, & a S. Ranieri, poi perdei la cognizione*, = *& eodem proc. fol.* 747. *Summ.* §. 57. ibi = *Io mi raccomandai a tutti due, perch'era qualche giorno, che avevo in Camera la reliquia di S. Ranieri, e chieſi quella della B. Giuliana, e non ſaprei dire in quel giorno in chi aveſſi maggior fiducia*. Nullam inquam difficultatem facere videtur ejuſmodi objectum; quia licet verum ſit, quod quando invocantur duo Sancti, quorum alter eſt Canonizatus alter verò, non ſanatio ad eorum invocationem ſecuta non attribuitur Sancto non Canonizato propter incertitudinem; nihilominùs, quando uterque Sanctus eſt in pari gradu venerationis, & cultus utique attribuenda videtur; Cum non ſit major ratio, quarè ſanatio facta ad invocationem unius, illi ſit attribuenda, ſanatio vero facta ad invocationem duorum, utrique adſcribenda non ſit. Maximè quando invocatio duorum eſt facta per modum unius, & uterque eſt in poſſeſſione miraculorum; Non enim limitanda eſt Divinæ miſericordiæ largitas, quaſi non poſſit, aut nolit, multiplicatis interceſſoribus concedere, quod ad interceſſionem unius tantum fuiſſet fortè conceſſurus.

Caſus autem noſter verſatur inter duos Sanctos æquales in gradu cultus & venerationis; Sanctus enim Ranerius gaudet cultu immorabili ex mera permiſſione S. Matris Eccleſiæ, cum non connumeretur inter Sanctos ab eadem Eccleſia Canonizatos, quemadmodum contingit pariter in B. Juliana, quæ præcedenter ad Decretum de hujus Sacræ Congregationis Conſilio emanatum, eodem cultu immemorabili, & merè permiſſivo gaudebat. Abſque eo quod materialis appel-

appellatio Sancti, aut Beati, quæ pro libito plerumque Populi attribuitur, diſparem cultus gradum valeat arguere. Imò ſtando in debito rigore juris, ambigendum non eſt, quod B. Juliana ſit in altiori quodam cultus gradu, quàm S. Ranerius; cum ultra cultum permiſſivum, quo gaviſa eſt uſque ad annum 1692. S. Veſtra illi attribuit cultum quodammodo poſitivum per decretum deſuper factum ex Conſilio Congregationis particularis Sac. Rituum, mediante quo eam capacem ulterioris elevationis reddidit media ſolemni Canonizatione, cujus in præſenti capax non eſt Sanctus Ranerius, & conſequenter in dubio, cui ex duobus Sanctis invocatis ſit adſcribenda ſanatio noſtræ infirmæ, videtur potius favendum cauſæ B. Julianæ.

Ulteriùs tollitur dubitatio in oppoſitum, animadvertendo, quod quando ageretur de Canonizatione duorum E.G. Martyrum; non poſſet negari, quod Miraculum ſecutum ad invocationem plurium illis pluribus deberet adſcribi; quandoquidem ubi conſtat de facto excedente vires naturæ, aut Medicæ artis, aliquod aliud principium fortius, & activius quærendum eſt, cui tale factum prodigioſum attribuatur; Cumque debita invocatio præceſſerit, non videtur ratio, quarè his pluribus denegandus ſit honor ſecuti miraculi; pari ergo argumento, cum S. Ranerius, & B Juliana invocati fuerint, & defacto ſanatio poſt invocationem perfectè proceſſerit, utique profecto Miraculum venit attribuendum.

Sed ceſſat demum omnis difficultas, conſiderando, quod invocatio B. Julianæ fuit poſterior invocatione S. Ranerii, cujus reliquiam per plures dies præcedentes Ægra in ſuo cubiculo retinuerat, abſque eo quod ad interceſſionem illius Sanata ullo pacto convaluerit *Sum.* §. 75. ibi = *era qualche giorno, che aveva in Camera la reliquia di San Ranieri, e chieſi quella della B. Giuliana &c.* ſtatim autem ac invocatio ejuſdem B. Julianæ fuit completa per ejuſdem Reliquiæ applicationem, infirma noſtra plenè convaluit, ut ſupra probatum eſt. Omnis ergo ratio ſuadere videtur, Miraculum attribuendum eſſe illi Sancto, ad cujus reliquiæ applicationem patratum eſt, potius quam ad illum, qui licet invocatus fuerit, ejuſque reliquia fuerit applicata, Miraculum tamen non apparuit. In quibus terminis habemus exemplum in Cauſa Segobien S. Joannis a Cruce, in qua Sanctitas Veſtra, non obſtante ſimili animadverſione, approbavit Secundum Miraculum, quod ſecutum fuit ultimò ad invocationem S. Joannis a Cruce, poſt invocationem, & reliquiarum applicationem aliorum Sanctorum.

Quæ ſi vera ſunt, præſcindendo etiam a viſione, quam B. Julianæ habuit ſanata, a fortiori debent procedere tali viſione non reprobata, ſicuti non reprobanda videtur; Si quæ enim eſſet ratio, quare hæc viſio admitti non deberet, non alia eſſet ab ea, quam adduxit Revmus Fidei Promotor §. *Abſque eo quod*; nempè, quod, ultra improprietates, quas præſefert; cum Sanata eſſet extra ſenſus, non poterat invocare B. Julianam. Hæc autem ratio non tam vulnerat viſionis realitatem, quam veritatem invocationis, de qua tamen ex ſupradictis jam plenè conſtat. Quatenus autem objectum hoc poſſet obſtare contra prædictam viſionem, ſua, & quidem opportuna reſponſione non caret. Quantum enim attinet ad hoc ultimum, dicimus, quod Infirma invocavit præſidium, & interceſſionem B. Julianæ, ante paroxiſmum *Summ.* §. 29. ibi = *la matina ſuſſeguen-*

guente del dì 30. ritornando a caſa il Sig. Cavalier Nicolò Maria mio Marito, dicendomi d'aver parlato con lui Cancellier Salvetti, &c. aver ſentito, che queſta Beata faceva di belle grazie, mi conſigliò anch'eſſo a raccomandarmi a lei. Io allora voltandomi alla Beata gli diſſi veramente di cuore = Santa benedetta ci ſono ancor io, e me li raccomandai; poco doppo uſcii per la violenza del male fuori di me medeſima; e non mi ricordo d'altro, ſenonche ſull'ore 23., e mezza del medeſimo giorno aperſi gli occhi &c. Licet ergo invocatio completa non fuerit, niſi in applicatione Reliquiæ ab Infirma expetitæ; conſtat tamen, quod antequam ea novos hiſtericos pateretur inſultus in die ſanationis, Beatam expreſsè, & ex toto corde invocavit, & propterea meruit ejuſdem Beatæ viſione recreari. In hoc ergo nulla videtur ſubeſſe improprietas; atque inveriſimilitudo.

Prout nec ulla improprietas reperitur in cæteris partibus ejuſdem viſionis. Infirma enim, ut ſupra viſum eſt, invocavit primo S. Ranerium, & ſecundo B. Julianam. Media interceſſione illius ſanationis gratiam non impetravit, quam Deus ab æterno reſervaverat concedere ad invocationem B. Julianæ. Raptâ igitur infirma in exceſſu mentis vidit S. Ranerium indigitantem B. Julianam veluti eam, ad cujus interceſſionem ſanabatur, ipſa autem quaſi obſtupeſcens ad imaginariam repræſentationem verba illa eructavit, quæ de ſe ipſa, & de facto proprio deponens ſanata ipſa expreſſit §. 49. & ſeqq. Et quamvis eadem verba, & reſpectivè interrogationes infirmæ ſecluſa ſignificatione, quæ latebat adſtantes, viderentur deliria, talia tamen non fuiſſe manifeſtè colligitur tùm ex eo, quod ſanata loco mox citato, cum tota diſtinctione, ea potuit enarrare Judicibus Apoſtolicis, & juramenti vinculo adſtricta; tùm etiam ex quo intervenit exacta correſpondentia inter actus viſionis internos, & actus externos, ejuſdem viſionis manifeſtativos. Dum enim S. Ranerius indicabat illi B. Julianam tamquam ſuam liberatricem, jam Ægra ſanabatur; dumque eam ſibi videbatur amplexari cum fiducia, & gratiarum actione, ad extra ejuſdem Beatæ reliquiam amplexata eſt. Tùm denique ex effectu ſecuto; ad hanc enim viſionem defacto, & cum tota realitate ſubſecuta fuit effectiva ſanatio, quæ nec fuit delirium, nec ope naturæ, aut artis poterat obtineri.

Verum ut viſio hæc ſuo exemplo non careat, ſimile opportunum producimus S. Thereſiæ, quæ pari paroxiſmo oppreſſa, & ad ſupernaturalia rapta, non diſſimilem viſionem paſſa eſt; in qua, non quidem ſalutem corporalem obtinuit, ſed plura futura cognovit, quæ dum adhuc in exceſſu eſſet, vocaliter, & delirantis ad inſtar proferebat, & quia adſtantes ſignificationem minimè noverant, potuerunt vaniloquia reputare. *Hyſt. gen. Cam. diſc. tom. 1. cap. 12. num. 2. & 3.* ibi = *Parve alli circoſtanti un paroſiſmo, e gli accidenti così lo dimoſtravano &c. a capo di quattro giorni, come chi ſi ſveglia da un dolce ſonno, cominciò a dire, perche mi hanno chiamata: nel Cielo ſtavo, ho veduto l'Inferno; mio Padre, e Giovanna Suarez ſi hanno da ſalvare. Ho viſto li Monaſteri, che ho da fondare; molte anime per mezzo mio s'hanno da ſalvare. Ho da morir Santa; & il mio Corpo prima d'eſſer ſepellito, ha da ſtar coperto con un panno di Broccato &c. Stupefatti i circoſtanti &c.* Hæc in exceſſu dicebat S. Thereſia. His ſimilia expreſſit ſanata noſtra, & quemadmodum in paroxiſmo, & reſpectivè viſione S. Thereſiæ, nulla improprietas recognita eſt; ita nec in eodem paroxiſmo & viſione caſus præſentis aliqua improprietas apparet. Quare &c.

RESPONSIO
Ad Animaduerſiones Reuerendiſsimi Fidei Promotoris
SVPER VI. MIRACVLO.

VNico argumento ex medicis rationibus petito Reuerendiſſimus Promotor euidentiſſimum hoc miraculum euertere conatur: quod nimirum adhibita remedia potuerint ægrotam tum affectione hyſterica, tum rheumatiſmo, ac cruris læſione liberare; quod quidem compluribus rationibus facile infirmatur.

Primo enim luculentiſſima ſunt teſtimonia, prædicta remedia nihil profeciſſe: quemadmodum aperte aſſeritur ab ipſa Lucretia §. 27. *fù neceſſario venire all'emiſſione del ſangue: mà tutto ſenza giouamento, per quanto io conoſceſſi*, & clariùs ipſius vir §. 75. *Circa alli medicamenti furono vn emiſſione di ſangue, e bocconi narcotici: ma ſenza frutto alcuno; perche le tornarono dopo queſti medicamenti gli accidenti più fieri*. Idem ab alio teſte comprobatur §. 97.

Deinde verò medicamenta huiuſmodi narcotica, & ſanguinis miſſio, poterant hyſtericum quidem paroxyſmum non nihil lenire, prauam vero corporis diatheſim, ac rheumatiſmum nullo modo potuiſſent depellere: Narcotica enim exhiberi ſolent ad ſpirituum animalium impetum cohibendum, ac neruorum conuulſiones ſiſtendas, non autem ad deprauatam humorum craſim temperandam, ac reſtituendam: id quod nequit obtineri niſi longo remediorum vſu.

Tertio meminiſſe oportet, ægrotam temporis momento conualuiſſe, medicamenta vero propriam vim exerere nequeunt, niſi temporis progreſſu, vt fuſius demonſtratum eſt in quarto miraculo.

Quarto Rheumatiſmi natura eſt huiuſmodi, quemadmodum ſatis demonſtratum eſt in diſſertatione, atque adeo contumax, vt ad ſex menſes, & ad annum vt plurimum producatur: non potuit igitur naturæ viribus quamuis adhibitis remedijs ſex dierum ſpatio tolli.

Quod verò ad cruris affectionem attinet; ipſius curatio multo minus plumbi laminę eſt tribuenda: Hæc enim diutius in caſſum admota non potuit illico integram ambulandi facultatem reſtituere ex ſuperius demonſtratis: ac quod magis eſt mirandum cicatricem penitùs delere; quæ vti oſtendimus in diſſertatione euaneſcere naturaliter non poteſt.

REVISA.

Ioannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

SEPTIMVM MIRACVLVM

Inſtantanea Sanationis Sor. Ioanna de Poccianti à diuturno capitis dolore, permoleſtaque brachij ſiniſtri affectione; qua ſanatio proponitur pro ſeptimo Miraculo.

Beatisſime Pater .

QVod à longęuo afflicta morbo proſperè euaſerit firmam inde nacta valetudinem Sor Ioanna Poccianti, neque Naturæ, neque medicę Facultatis virtutibus adſcribendum cenſeo. Quinimmò Sanationis hiſtoriam ſedulò cum perlegerim, non vnicum in ea, BEATISSIME PATER, ſed duplex Miraculum euidentiùs cognoui.

Duos equidem morbos(vt argumenta, quę in hanc me compulerunt Sententiam, breuibus perſtringam) in ęgritudine prædictæ Ioannæ intuebar; quorum alter *anteceſſus*; dolor nempe capitis, *incurabilis* prorſus; alter *conſequutus*; ſcilicet ſiniſtri brachij affectio, *difficillimæ ſolutionis*, & nonniſi per appoſitè diù adhibita medicamenta, iudicandus. Si igitur ex improuisò à ſubſequuto difficillimæ ſolutionis primò, mox ab anteceſſo incurabili morbo, bis inuocata B. Iuliana, duplici hoc morbo iampridem implicita ſeſe prorſus extricauerit ęgra, hæc per Miraculum ad Intercesſionem Beatæ, tum prima, cum ſecunda vice peracta fuiſſe, iure exiſtimabimus.

Incurabilem fuiſſe eum Capitis dolorem id primùm ſuadet, quod ſcilicet fluidarum vtique, at ſolidarum partium vitio potiſſimùm contumaciter adeo perſeueraſſet; quod luculenter oſtendunt tum morbi principia, cum einſdem conſequentia. Non equidem tantùm humorum vitium, ſed vitiatam quoque affectæ partis ſubſtantiam ſolidam clariſſimè oſtendit, qui ab ineunte ætate, videlicet in Pueritia, inceperat, atque in Pubertate non modò non defecerat, morbus, quinimmò, & tandiù ſeſe protraxit, vt eadem Mulier morbi durationem enarrans, quaſi afflictionis anni, temporis diuturnitate ab eius memoria exciderint, inquit -- *del qual dolore aueuo continuamente patito per il corſo d'anni più di quaranta* (a)

Diſtinguuntur, ratione originis, morbi *in connatos, & aduentitios*. (b) Hujus autem Capitis doloris qualitatem conſiderantes, poſſemus vtique inter connatos morbos illum non temerè connnmerare; verùm, vt in re tanti momenti tutiùs procedamus, damus, concedimuſque libenter, vt non connatus, ſed aduentitius iudicetur. Vtcumque tamen aduentitius, & humorum vitio primitùs productus fuerit, fieri tamen nequiuit quominus tractu temporis partes ipſæ

[a] *Summ. pag.* 291. §. 67.

[b] *Ettmull. Inſ. Med. de Morb. Differ. cap.* 1.

ſolidæ, in quas peccantes humores vim exercebant ſuam, morbum contraxerint; Vnde affectio orta eſt ex mutara partis ſtructura, quam *Intemperiei* vocant Medici, prout videre eſt apud Sennertum (c), & Ettmullerum; (d) Affectio, inquam, orta eſt, in qua pars affecta intemperiem contraxit habitualem, & confirmatam, *becti-eam* Græci dicunt, omninò inſanabilem -- *Intemperies, quæ eſt in ba-bitu, ſeu quæ babitum contraxit*, hæc docet Riuerius, (e) *& confir-mata eſt, bectica etiam appellatur, quæ firmiter inbæret, vt ſit indelebi-lis*. Habitum autèm iamdiù contractum indicant, quod Capitis do-lor, qui à P eritia inceperat, in qualibet ætatum mutatione con-tumaciſſimu ·eruicaciter perſeuerauerit, & præſertim quod ſub-latus non fu in Pubertate, in qua ob ſuperuenientem puberi-bus Fœminis menſium fluxum multis ſæpiùs liberantur morbis.

[c] *Inſt. Med. lib. 2. par. 1. cap. 2. de Morb. differ.*
[d] *Inſt. Med. de Morb. Intemp. cap. 2.*
(e) *Inſtit. Med. lib. 2. ſect. prima cap. 3.*

Quadere non intermiſſus tot annorum curſu Capitis dolor, quinetiam per interualla enormiter exaſperatus, nonniſi à viciata partis tex-tura, ac nutritione produci poterat. Eiuſmodi morborum hanc tradit theoriam inclytus Ettmullerus [f] -- *Qui ſemel in crure la-borant eryſipelate*, ſcribit laudatus Auctor, *ſemper ex leui Cauſa ite-rum circa illum locum affectantur, & quo ſæpiùs recurrit, diſponitur ad tumorem. Vulgè dicunt eſſe intemperiem babitualem vix corri-gibilem*.

() *Loc. cit.*

At ſi ſemel effuſo per exteriora cruris eryſipelate eam contahit crus labem vt ſæpiùs leui quaque de cauſa eryſipelate denuò afficiatur, ac denique, habituali vix corrigibili intemperie contracta, diſpo-natur ad tumorem, nonne ex longa, immò cœua Capitis affectio-ne in Ioanna ęgrotante habitualem hanc particularem intem-pariem vix, ſed ne vix quidem corrigibilem, ac prorſus indelebi-lem, contractam exiſtimabimus?

Verùm diutiùs hic inopportunè, rationibus id ſuaſuri, immorari non expedit. Nonne Capitis dolorificatum eſactio ſæpè recurrens, ta-boque manans graueolenti auris ſiniſtra pluſquàm viciatam partis temperiem, pluſquàm habitualem intemperiem euidentiſſimè oſten-dit? -- *Vſciua dal medeſimo orecchio vna materia fradicia ogni vol-ta, che mi ſi enfiaua il Capo* [g] Hæc de ſe narrat Ioanna.

(g) *Summ. pag.* 290. §64.

Diuiditur dolor Capitis, apud Practicos in *cephalalgiam*, qui recens eſt, accidentalis, & vt plurimùm ſecundarius, productus nempè aut à febribus, aut à crapula &c., & in *Cephalęam*, qui dolor eſt di-uturnus, & contumax, *quique*, admonente Ettmullero, [h] *cau-ſam, vt plurimùm, agnoſcit fixam in ipſo Capite, aut certè eo loco radi-catam, & fixam*. Cum autem de diuturnitate, & contumacia do-loris dubitandi locus non ſit in caſu noſtro, cephalęam idciro con-tumaciſſimam, ob fixam, & radicatam in ipſo Capite cauſam fuiſ-ſe indubiè pronunciabimus; Indubiè nempè pronunciabimus ce-phalęam fuiſſe Medicis præſidijs neutiquam euincendam. Id cum ſæpiùs conſultus diſertiſſimus Medicinæ Doctor Zamboni cogno-uiſſet, remedium poſcenti Fœminæ reſpondit -- *Non vi è altro mo-do, che mutar teſta.* [i]

(h) *Colleg. Pract. vbi de cephal.*

(i) *Summ. pag.* 295. S. 59:

Attamen ex practicis Scriptoribus habemus, cephalæas, vel contu-maces extenuatas quandoque, & planè reſolutas fuiſſe humore quodam, aut per aures, aut per nares, aut per os egeſto, quod & Hippocrates obſeruauit in aphoriſmorum libris [*] -- *Caput dolen-ti,*

(*) *Sect. 6. aph.* 10.

ti, inquit, *aut circumdolenti pus, aut aqua, aut Sanguis fluens per nares, aut per os, aut per aures ſoluit morbum*. Verùm id euenit quoties interni abſceſſus, quem *hypocranium* nonnulli dicunt, effectus fuerit cephalæa, itaut, rupto abſceſſu, emiſſoque pure, Capitis dolor protinus ſublatus ſit, ſublata nempè cauſa, quæ talem abſceſſum produxerat. Eiuſmodi in abſceſſibus curationis Monumenta extant apud Borellum, Williſium, Bartholinum, Sheneiderum &c. At enim verò id puris, quod in caſu noſtro ex aure ſiniſtra equidem defluxit nullum ſanè ęgrotanti intulit emolumentum; Quinimmò & ęgritudinem potiùs exaſperauit--*vna materia fradicia vſciua dal medeſimo orecchio ogni volta, che mi si enfiaua il capo* (*k*); non igitur ex humoris morbifici critica, ſed ab eiuſdem ſymptomatica euacuatione prodibat. Hinc prorſus inſolubilis, prorſus indelebilis, & incurabilis dolor Capitis in Sor. Ioanna Poccianti erat indicandus. [*k*] *Summ. pag. 290. §. 73.*

Quoniam ex adductis rationibus tantam cephalææ, anteceſſi ſcillicet morbi, fuiſſe peruicaciam, vt nullam vnquam per artis auxilia curationem admittere potuiſſe, ſatis ſuperque demonſtratum exiſtimemus; affectionem quoque brachij, ſubſequutam nempè ægritudinem, conſideremus oportet. Hæc autem ortum duxit ab eadem cauſa morbifica, qua mediante, anteceſſo currente morbo, per eiuſdem exaſperationem, identidem intumuerant exteriora capitis Sor. Ioannæ ægrotanti. Ab eodem, inquam, humore morbifico ortum duxit, qui pone ſiniſtram aurem aliqua ſui parte ſtagnans diutius, tubulos erodendo, membranas exedendo, inducta demum ſolutione continui, vlcus effecit ſymptomaticum. Ab hoc vlcere per aurem ſiniſtram pus emiſſum nihil intulit emolumenti, vti mox obſeruauimus, inueteratæ cephalalgiæ. At idem quod defluxit pus, id morbi de nouo procreauit, ex quo tanta extiterat pernicies, vt ab aure ſiniſtra acutus adeo ſeſe effuderat dolor vſque ad digitorum apicem in brachio eiuſdem lateris, vt illud neque tangere, neque mouere vllo pacto poſſet Ægrotans -- *queſto dolore m' aueua reſa tutta queſta parte dall' orecchio fino a tutto il braccio, e mano ſiniſtra, che non la poteuo adoperare, anzi non poteuo nè alzare, nè poſare detto braccio, e poſandolo, o alzandolo, o toccandolo ſentiuo vn acerbo dolore* (*l*)

Humor ſiquidem, qui morboſè ſtagnans in tubulis, non procul ab aure ſiniſtra poſitis pus tandem factus, aperta ſibi per eamdem aurem via, extrinſecus prodibat, mox aut tubulis priùs exæſis, indè coaleſcentibus, aut vlcere intus arefacto, vlteriùs ibi propterea haud ſtagnans, vel extrinſecus certè non productum, magis, magiſque in affectas capitis partes ſævire cepit, effuſumque demum per eas membranaceas, æquè ac maſculares, quæ ab aure ſiniſtra in collum, ſcapulam, ac brachium, ſecundum directionem eiuſdem lateris feruntur, dolores eos excitauit, quibus præfatæ partes aſſiduè afficiebantur; atque ita afficiebantur, vt brachio adhuc vti non poſſet Ægrotans, niſi cum maxima doloris exaſperatione -- *poſandolo, o alzandolo, o toccandolo ſentiuo vn dolore grandiſſimo*. [l] *Ægrotâs Sum. pag. 290. §. 64.*

Vt igitur ex infirmo brachio morboſi affectus tollerentur, ipſam morbi cauſam tollere primùm expediebat, quæ quidem cum ea evidentiſſimè fuerit, quam ex dictis mox deſignauimus; neque minoris efficaciæ medicamentis, neque breuioris temporis curſu eneruari, ac vinci potuiſſet.

Viſcidos acres, & mordicantes, tum membranaceis, tum muſculaꝛibus partibus fixius hærentes humores paulatim attenuare, ſenſim à parte affecta propellere; attenuatos autem, propulſoſque euacuare extrinſecùs operæ prætium erat. Quæ in hunc collimant finem medicamenta recenſere, eorumque facultates expendere hic non arridet; quandoquidem electiſſima licèt, non tamen in puncto temporis, neque ſine aliqua ſenſibili euacuatione ea omnia præſtare valere quempiam ſibi ſuaſum eſſe non dubito. Quid enim hiſce in caſibus hypocauſtis, ſiuè vaporariis, aut balneis thermalibus, vel naturalibus, vel arte paratis efficaciùs? At hæc ſipſa, eo in caſu, in quo profutura ſunt, adhibita extrinſecus medicamenta, nonniſi, ad plures dies eorum vſu protracto, conferunt. Appoſitè hic tranſcribendam cenſeo curationem ab inclyto Ettmullero præſcriptam, atque adhibitam in dolore artuum inferiorum, quam hiſce verbis laudatus Auctor expoſuit(*m*) *Vir quidam enormi dolore pedum affligebatur, idque ſine ulla manifeſta cauſa, & etiam ſine vllo externo apparente læſionis ſigno, vltra dimidium anni miſerabiliter excruciabatur. Tandem omnibus remediis irritis, ſuaſu cuiuſdam amici accepit quoſdam thermales lapides, eoſque contuſos probè coxit in aqua ſimplici pro balneo, in quo ſubindè balneauit pedes, hos immittendo, & per longum tempus ita retinendo, vnde tumores pedum contraxit. Sed patiens nihilominus dolorum, & vita pertæſus pergit, & balneum hoc diutiùs continuat, quo facto non tantummodo tumor, ſed etiam omnis dolor omnino euanuit, ægerque perfectè curatus fuit.* Appoſitè, inquam, hiſtorialam hanc tranſcriptam hic fuiſſe iudico, quippequę ad rem noſtram facere quammaximè videtur, vt ſcilicet vſu, atque experientia edocti fateamur, quam difficilis fuiſſet curatio doloris ſiniſtri brachii in Sor. Ioanna Poccianti, cum perquam difficilis fuerit, penes Ettmullerum præcitatum, curatio doloris pedum in Ægrotante, quem is deſcripta methodo tractauerat. Eoque magis, quod difficilioris adhuc curationis iudicanda eſſet prædictæ Ioannæ ægritudo; quandoquidem idem licèt durationis tempus vtrique fuerit ægritudini, tum ſcilicet viro Ettmulleri, cum noſtræ Mulieri, quæ morbi eius duratione m ſic declarauit -- *queſto dolore incominciò ſei meſi auanti &c.* (*n*) nihilominus dolor pedum in viro *nullam habuit manifeſtam cauſam*; dolor autem brachii ſiniſtri in Muliere eam grauem habuit, quam nos ſupra expoſuimus. Ergo, aut efficaciora poſtulabat medicamenta, aut longiorem in iis adhibendis temporis curſum, vt vinceretur, requirebat. At quorſum hæc de medicamentis, quæ quidem tum Doctoris Phiſici Zamboni, cum ipſius ægrotantis teſtimonio, nunquam in vſum reuocata ſunt? -- *Da me non e ſtata mai curata* (*o*) -- *Non mi ſono fatta mai medicare da alcuno, nè ho applicata vnzione, o medicamento alcuno* (*p*)

[m] *Coll. pract. ſect. 2. cap. 3. art. 3. de artuum dolor.*

[n] *Sum. pag.* 290 §. 63.

[o] *Medicus Sum pag.* 296. §. 83.

[p] *Ægra Sum. pag.* 292. §. 31.

Eum quidem in finem vt ſi huiuſmodi ægritudines, nonniſi efficaciorum medicaminum vſu diù protracto, nonniſi per ſenſibiles, aut ſaltem inſenſibiles euacuationes, paulatim, & ſenſim ſuperari potuiſſe euidenter cognouerimus, cum in hoc caſu, nullis præſcriptis medicamentis, nulla præceſſa criſi, ſed ad ſolam inuocationem Beatæ Iulianæ in puncto temporis Sor. Ioannæ ægritudo euanuerit, id præter naturam eueniſſe euidentiſſimum, exploratumque planè fiat. Enim verò res prorsùs ita ſucceſſit -- *In vn iſtante ſubito mi ſentti ceſſare il dolore ſudetto, e ſubito potetti alzare, & adoperare il braccio,*

cio, e la mano; come ſe non vi aueſſi mai auuto male; o dolore di ſorte alcuna (*q*) [q] *Summ. pag.* 290. §. 65.

Cum autem euidens, vt reor, ita factum ſit, ægritudinem eam ſuperaccessam, difficillimæ quidem, at non impoſſibilis ſolutionis, eo tamen pacto ſolutam, per miraculum ſolutam fuiſſe, euidens item euadit, dolorem capitis, paucis ab illinc diebus -- *sei, o ſette giorni dopo &c.* (*r*) eo pacto quoque ſolutum, ſcilicet in puncto temporis, nullis præſcriptis medicamentis, nulla præcedente criſi -- *Accoſtai con fede il capo a' criſtalli della caſſa, e raccomandandomi di tutto cuore alla B., in vn iſtante mi sentii libera dal dolore della teſta, che allora aueuo, e del quale aueuo patito per il corſo d' anni più di 40.* (*ſ*) anteceſſum, inquam, inueteratum, incurabilem morbum, per miraculum, ad interceſſionem B. Iulianæ, ſolutum fuiſſe.

[r] *Sum.pag.* 291 §. 65.

[ſ] *Summ.* 291. §. 67.

Quod à longæuo igitur afflicta morbo proſperè euaſerit, firmam inde nacta valetudinem Sor. Ioanna Poccianti, neque naturæ, neque medicæ facultatis virtutibus, BEATISSIME PATER, adſcribendam cenſemus, quinimmo non per vnicum hanc ſanationem, ſed per duplex miraculum eueniſſe ad interceſſionem Beatæ Iulianæ euidenter demonſtraſſe exiſtimamus.

Alexander Paſcoli P.G.

REVISA.

Io: Zuccherinius Sub-promotor Fidei.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

SVPER VII. MIRACVLO.

Aſſertæ Inſtantaneæ ſanationis Sororis Ioannæ de Poccian-tis Tertiariæ Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Vir-ginis ab acerbiſsimis, & continuis doloribus capitis, & brachÿ ſiniſtri, ac reſtitutio-nis vſus eiuſdem brachÿ iàm deperditi.

CIrca hoc aſſertum ſeptimum miraculum plurimum dubitandum videtur de probatione, quandoquidem de aſſerta grauitate Morbi, & ſupernaturali liberatione non deponunt Soror Ioanna Sanata, nec Medicus, quia de tempore quo receptum fuit examen vigore literarum remiſſorialium ſuper eo, iam fato ceſſerant, abſque eo quod in medium afferri mereatur dictorum Medici, & Sanatæ depoſitio facta auctoritate ordinaria, vtpotè quia eſt notoriè nulla, cùm de tempore eorum examinis Ordinarius iuriſdictionem non haberet, quia Summus Pontifex in hac eadem cauſa iam manus appoſuerat.

Admiſsà autem per poſſibile validitate examinis recepti Auctoritate Ordinaria, adhùc tamen plurimum de probatione videtur dubitandum, ſiquidem morbi granitas, & aſſerta inſtantanea ſanatio inniti videtur dicto ſolius Sororis Ioannæ Patientis, quæ non ſolum ratione vnicitatis Teſtis, ſed etiam qualitatis ſexus fœminei non conſtituit aliquem probationis gradum ex notis iuribus.

Quodque probatio grauitatis Morbi, & aſſertæ inſtantaneæ ſanationis innitatur dicto ſoliùs Ioannæ ſanatæ concludentiſſimè iuſtificatur, ex eo quod omnes Teſtes de dictis Morbo, & ſanitate loquentes, deponunt de auditu à Sanata, nec diuerſimodè loqui poterant cum ageretur de morbo non apparenti, seù externo, ſed interno conſiſtente in dolore in capite, & brachio ſiniſtro, quo ſanata ſe exagitari aſſerebat, abſque eo quod aliquod externum ſignum appareret indicatiuum Morbi, & doloris ab eo promanantis, quod eſſet viſibile, & quod ab ipſa fuerit manifeſtatum.

At quatenùs reſpondeatur à Cauſæ Poſtulatoribus, quòd in Proceſſu non deficit depoſitio Ioſephi Zamboni authoritate Ordinaria examinati, Medici dictæ Ioannæ cuius dicto, tanquam in arte Periti ſtandum eſt, difficultatem remouere non videtur; Siquidem dictus Medicus non curauit Ioannam infirmam, nec vllum, vel minimum fecit experimentum circa exiſtentiam Morbi, & qualitatem eiuſdem, ſed ſolum deponit de prædicto Morbo ex relatione dictæ Ioannæ, ait enim in ſuo examine *proc. fol.929. = In quanto al dolore della Teſta, e del braccio, dico, che lo credo, che l'haueſſi per hauermelo lei più, e più volte detto* = Conſonat depoſitio Sanatæ *proc.fol.891.= non mi ſono fatta mai medicare dà alcuno, nè hò applicato vnzione, ò medicamento alcuno= fol.792. Circa il dolor della Teſta nè hò diſcorſo con vn Medico che ſi chiama il Sig. Dottore Gioſeppe Zamboni &c., & in quanto al dolor del*

brac-

braccio non nè hò parlato con alcun Medico =, & *fol.*893. *interrogato ſe il Medico Zamboni gli haueua veduto il capo quando era enfiato, riſpoſe non l' hà mai veduto, quando era enfiato* = Quo ſtante totum eſſe videtur aſſumptum, quòd tota aſſerti Miraculi probatio ſubſtantiatur in ſola aſſertione Sororis Ioannæ, quæ non probat, vt ſupra dictum eſt §. *Admiſſa etiam*.

Præſcindendo quoquè ab hoc defectu, alia vrgent obſtatiua tùm contrà probationem, tùm contrà releuantiam; facit contra probationem contradictio Teſtium, Ait enim Ioanna ſanata *proc. fol.*892. *circa il dolor della Teſta, nè hò diſcorſo con vn Medico, che ſi chiama il Dottore Gioſeppe Zamboni &c., & in quanto al dolor del Braccio non nè hò parlato ad alcun Medico* =, & *fol.*891., *ait non mi ſono mai fatta medicare da alcuno, nè hò applicata vnzione, ò medicamento alcuno* = ſed contrarium deponunt Pater Placidus Viuiani *proc. fol.*1327. = *Io non sò, ſe detta Suor Giouanna guariſſe per via di remedii humani, sò bene, che per auanti haueua fatto qualche rimedio, mà non gli haueua giouato per quanto la mi diſſe* = Catharina Benuenuti *proc.fol.*1334.*t.* = *à queſta Donna non ſi era fatto rimedio alcuno nè vſati medicamenti in quei tempi, che riceuè la gratia, benche mi diceſſe che molto tempo fà auanti ſi foſſe medicata, mà ſenza eſſere mai guarita* = Franciſcus Zamboni *fol.* 1413. *tergo* = *Io sò, che precedentemente la detta Suor Gioanna era ſtata medicata tanto per il braccio, che per la Teſta* =.

Ait ſupradicta Sanata *proc.fol.*893.*ter.* = *non hò mai parlato ad alcunno del gemito dell'orecchio, eccettuato, che doppo, che ſono guarita, perche mi vergognauo di moſtrarlo, atteſo il fetore che egli gettaua* = Sed contrarium deponit Pater Calixtus de Cattaneis *proc fol.*992. = *Domandatoli, che riproua egli abbia per la quale poſſi eſſo affermare, che detta Suor Giouanna haueſſe il dolor di Teſta, il detto gemito nell'orecchio, e di poi dolor del braccio* Reſpondit = *nè hò riproua certa, perche ella medeſima ſi è ſempre lamentata meco di queſti mali*.

Vlterius Sanata loquendo de dolore, quo in brachio ſiniſtro vexabatur eſt ſibi met ipſi contraria, ait *proc. fol.*887. = *queſto dolore mi haueua preſo tutta queſta parte dall' orecchio, fino à tutto il braccio à mano ſiniſtra, che non la poteuo adoprare, anzi non poteuo nè alzare, nè adoprare queſto braccio* = Proceſſu verò *fol.*891., ait, quod vtebatur dicto ſiniſtro brachio: *Io alle volte con fatica, benche vi haueſſe vn gran dolore lauoraue con il braccio ſiniſtro, mà non poteuo lauorar ſempre* = Adeoque Teſtibus ſuper hoc aſſerto Miraculo examinatis nulla, vel minima fides eſt præſtanda, vt probat *Farinacc. de Teſt. queſt.*65. *num.*2., & firmat *Rot.dec.*147.*num.*4.*par.*10.*&* *deciſ.*73.*num.*20.*par.*19.*rec.*

Vrgent aduersùs releuantiam, Primò, quod ſanatio non fuit perfecta, dum ſolum à dolore in brachio ſiniſtro, Soror Ioanna liberata eſt, & ſucceſſiue ab alijs doloribus, quibus in capite affligebatur, non obſtante, quod inuocaſſet Beatam Iulianam, vt ab omni morbò ſanata remaneret, vt fatetur eadem Soror Ioanna *proc. fol.*887. = *Il di* 27. *del meſe di Giugno mi raccommandai al meglio, che ſeppi, all'interceſſione della Beata, la quale l'haueuo più volte pregata, che mi voleſſe reſtituire la ſanità dell' Anima, e del Corpo* = & concordat Soror Maria de Mattiolis Tertiaria *proc. fol.*901. *detta Suor Giouanna ſi raccommandò con fede, e molta deuotione all' interceſſione della Beata, che li voleſſe intercedere la ſanità del braccio, e del Capo, & immediatamente fatta*

era

oratione alla Beata, ſi ſentì ſubito libera dal dolor del braccio &c. di poi doppo pochi giorni &c. Secundum vrget recidiua Ioannæ in eumdem Morbum, vt fatetùr dicta Soror Maria de Mattioli, quæ vnà ſimul cum ſanata Ioanna in eodem domo habitabat *proc.* 1320. *La detta Suor Giouanna, reſtò affatto libera dal dolor del Capo, e del male del braccio, e mai più li ritornò il dolore del braccio, mentre viſſe ſolo doppo à qualche meſe gli tornò qualche piccolo dolore di Teſta, mà aſſai minore del primo, quale non era continuo* = Et tamen ad eſſentiam Miraculi requiritur, vt alias oſtenſum fuit, quod ſanatio ſit vndequaque perfecta, & quod Sanatus non reiucidat in eumdem morbum.

Vltimo vrgere videtur conſideratio deſumpta ex eo quod ſanata poſt annos duos à die recurſus habiti ad Beatam Julianam Hidropica mortua eſt, vt habetur *proc. fol.* 1337. vbi Teſtis 7. ait *nel reſto della ſua vita* (nempè Sanatæ) *che fù di due anni in circa*, & *fol.* 1412. vbi Ioannes Franciſcus Zamboni Medicus ait = *Suor Giouanna Poccianti Terziaria, circa tre anni fà morì ſotto la cura di mio Padre Idropica* = Qui ſanè morbus, ex quo Soror Ioanna mortua eſt, ſuadere videtur, quòd nunquam ceſſauerat morbi malitia, quo laborabat de tempore inuocationis Beatæ Iulianæ, eo quia humores maligni, qui eam vexauerunt in capite, & in auribus, & deindè in brachijs vltimo deſcenderunt ad alias partes Corporis Patientis, & ex ijs effecta hidropica mortalitatem expleuerit.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

Digitized by Google

RESPONSIO

Ad Animadverſiones R̃mi Fidei Promotoris ſuper ſeptimo Miraculo.

Inſtantaneæ Sanationis Sororis Joannæ de Pocciantis Tertiariæ Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis ab acerbiſſimis, ac continuis doloribus capitis, & brachii ſiniſtri, ac reſtitutionis uſus ejuſdem brachii jam deperditi.

Beatiſſime Pater.

QUoad hoc miraculum plurimum dubitandum eſſe, ait Reverendiſſimus Promotor de ſufficienti probatione, eo quod Sanatã, & Medicus de tempore confecti Proceſſus Remiſſorialis ſuper eo; jam fato ceſſerant; prętenditurque eorum examen authoritate ordinaria receptum, eſſe nullum, ex quo Sancta Sedes in hac cauſa manus jàm appoſuerat. Verùm dicimus probationem prædicti miraculi eſſe plus quam ſufficientem; ea enìm innititur tum depoſitioni quinque Teſtium authoritate Apoſtolica examinatorum nempè Confeſſarii, Filii Medici, Sociæ Sanatæ, Sacriſtæ, & alterius Mulieris, quæ Sanatam hoſpitio recipere conſueverat, ut ex *Summ.*, ex quibus diligentèr expenſis eruitur citrà dubium ſufficiens probatio utriuſque extremi enunciati miraculi, tam pro brachio, quam pro capite: tùm etiàm depoſitioni Sanatæ, & Medici, quorum examen, licet receptum authoritate ordinaria poſtquam Summus Pontifex manus in cauſa appoſuerat, adhuc tamen in pręſens ampliùs de nullitate redargui nequit, utpotè ſpecialiter ſanatum à Summo Pontifice, ut ex memoriali cum reſcripto dato in manibus Eminentiſſimi Ponentis, qui id teſtari non dedignabitur.

Suas proſequens Reverendiſſimus Promotor animadverſiones admictendo per poſſibile validitatem prędicti examinis recepti authoritate ordinaria, opponit, quod morbi gravitas, & inſtantanea Sanatio inniti videtur dicto ſolius Sororis Joannę Patientis, quæ non ſolum ratione unicitatis Teſtis, ſed etiàm qualitatis ſexus fæminei, non conſtituit aliquem probationis gradum; quodque probatio gravitatis morbi, & Inſtantaneæ ſanationis innitatur dicto ſolius Joannę Sanatę, juſtifi-

cari dicitur, ex eo quod omnes Teſtes de dictis morbo, & ſanitate loquentes deponunt de auditu à Sanara; nec diverſimodè loqui potuiſſe ſubjungitur, cum non ageretur de morbo apparenti, ſeù externo ſed, interno, conſiſtente in dolore in Capite, & brachio ſiniſtro, quo Sanata ſe exagitari aſſerebat, abſque eo quod aliquod externũ ſignum appareret indicativum morbi, & doloris ab eo promanantis, quod eſſet viſibile, & quod ab ipſa fuerit manifeſtatum.

Hujuſmodi verò objectio nullam ſubſiſtentiam habere videtur, quippè quià (excepto ſenſu doloris, quem utique ſola Patiens teſtari poterat) tam morbi gravitas per ſigna externa, quam inſtantanea ſanatio innituntur depoſitioni, nè dum dictę Sanatæ, cui de cętero plurimum deferendum eſt, non obſtante qualitate ſexus fęminei, ut in nono miraculo probabitur, verum etiam aliorum Teſtium de viſu.

Porrò quod attinet ad morbi gravitatem, eam teſtantur quatuor Teſtes, nempè Confeſſarius *Summ. fol.* 277. §. 1. ibi = *provando di continuo il dolor di teſta ſopradetto, mà così grande, che alle volte non poteva tenere i veli in capo, e talvolta ſe gli gonfiava il medeſimo capo, che ſi credeva poteſſe avere internamente una fiſtola*: Et fol. 279. §. 16. ibi = *e continuandogli queſto dolore di Teſta così grande, & eccesſivo, che come mi diſſe, alle volte non poteva tenere in teſta i veli, ſiccome alle volte dal gran dolore gli gonfiava dalla parte dell'orecchio, di modoche giudicavo, che vi aveſſe una fiſtola interna, atteſo il gemito di detto orecchio &c. e doppo molti meſi eſſendoli ceſſato il gemito dell'orechio, eſſendoli caduta detta materia nel Braccio ſiniſtro, gli reſtò detto braccio inſtato, che non lo poteva più addoperare, il che gl'era di gran danno, eſſendo mancina &c.* V. Teſtis Socia Sanatę fol. 281. §. 17. ibi = *Suor Giovanna Poccianti Tertiaria dell'Ordine de Serviti, e mia compagna haveva un'acerbiſſimo dolor di Teſta con un gemito nell'orecchio ſiniſtro di materia fetente, il qual gemito ceſsò, e gli cagionò un dolore nel braccio ſiniſtro, gli riduſſe il braccio in ſtato, che non lo poteva quaſi punto adoperare*: & §. 21. ibi = *Sono informata di quanto di ſopra, perche ſiamo habitate inſieme detta Suor Giovanna, & io da quattordici, ò quindeci anni, e nel tempo, che ſegui quanto di ſopra, ſtavamo inſieme, come ho detto &c.* & §. 29. ibi = *Io sò di certo, che avanti guariſſe detta Suor Giovanna haveva il male nel braccio, perche appena lo poteva un pochino muovere, e maneggiare, ſicome avanti foſſe miracoloſamente guarita del dolore di Teſta, vi aveva un acerbiſſimo dolore, e sò queſto beniſſimo perche ſtavo con lei, come ho detto, e perche quando era Inferma la governavo*: Et §. 30. ibi = *Suor Giovanna Poccianti &c. mia compagna, pativa di molto tempo un gran dolor di Teſta, e di poi hebbe un gemito da un orecchio di certa robba fetente, la quale ceſſando dall'orecchio, gli cadde in un braccio, che era il ſiniſtro, e l'impediva di poterlo adoperare &c.* VII. Teſtis fol. 285. §. 42. ibi = *una tal Suora Giovanna &c., che per ordinario habitava in una Caſa dell'altre Terziarie, ma frequentemente veniva in Caſa mia, e vi ſtava quindeci, ò venti giorni continui pativa di dolor di Teſta, & aveva un gemito dall'orecchio ſiniſtro, ſiccome pativa di dolore in un braccio ſiniſtro, e quanto al dolor del Capo mi diceva che nè haveva patito da moltiſſimi anni, e del dolore del braccio n'aveva patito per tutto il tempo, che io la cominciai à conoſcere, che erano cinque, ò ſei anni avanti il miracolo, di tal maniera, che non poteva alzarlo, e maneggiarlo, e quando era in Caſa mia l'ajutavo à veſtirla per nõ potere co-*

me-

me ho detto adoperare detto braccio, & §. 250. ibi = *la detta Suor Giovanna veramente aveva il dolore nel braccio*, *e nella Teſta*, *e queſto lo sò*, *perche in quanto al gemito dell'orecchio ſi vedeva da tutti*, *e ſi ſentiva*, *perche cagionava fetore*, & *io medeſima più volte lo viddi*; & *in quanto al dolor del braccio*, *e della Teſta ſono di ciò informatiſſima*, *perche ella ſpeſſo veniva a Caſa mia*, *e vi ſtava quindeci giorni per volta*, *e ſentiuo*, *che ſi lamentava tanto del dolore della Teſta*, *che del braccio*: X. Teſtis Medicus fol. 284. §. 52. ibi = *Io sò*, *che la medema pativa di un gran dolor di Teſta*, *del quale pativa ſino da Bambina*, *conforme mi diceva*, *e di poi bebbe un getto di marcia da un orecchio*, *che la rendeva ſordaſtra*, *qual getto fermatoſigli*, *gli ſopragiunſe un dolor grandiſſimo nel braccio* &c. & §. 80. ibi = *Io ero bene Informato de mali*, *che detta Suor Giovanna pativa avanti alla grazia*, *perche la medeſima praticava in Caſa mia moltiſſimo*: Et demum Medicus Zamponus fol. 295. §. 78. ibi = *la medeſima hà patito più volte di febre*, *della quale io l'hò medicata*, *e ſi lamentava ogni volta*, *che la vedevo d'avere un intenſo dolore di Teſta*, *qual egli diceva averlo quaſiſempre avuto dalla ſua fanciullezza*, *e di più aveva un gemito di materia fetente*, *che uſciva dall'orecchio ſiniſtro*, *quale gli durò un pezzo*, & *eſſendogli reſtato*, *gli ſopragiunſe un dolore nel braccio ſiniſtro*: Et §. 79. ibi = *Inquanto al dolore della Teſta*, *e del braccio*, *dico*, *che lo credo*, *che l'aveſſe per avermelo lei più*, *e più volte detto da che la conoſcevo lamentandoſene bene ſpeſſo meco*, *onde domandandomi*, *che procuraſſi di riſanarla dal detto dolor di Teſta gli diſſi*, *che non v'era altro modo*, *che mutar Teſta*, *circa poi il gemito dell'orecchio l'hò ſentito più volte dal fetore*, *e viſto con i proprii occhi*: Et §. 84. ibi = *poche ſettimane avanti di ricever dette grazie io l'aveve veduta molto travagliata dal ſolito dolor di teſta per quanto ella mi riferi*, *e del braccio*, *non ſolo per la ſua relazione*, *ma ancora per quello io potei certamente oſſervare*, *perche non poteva muovere il braccio ſe non con grandiſſima difficoltà*, *e gravi querele*, *eſſendo anche la medeſima parte alquanto tumefatta ſenza mutazione di colore*, & *anche gli hò veduto per i tempi addietro anco la teſta enfiata*.

Atquè hinc minimè dici obſtat, quod Medicus præfatus nullam fecit experientiam, ſed credidit Sanatæ dictis. Patet enim ex ejuſdem Medici depoſitione mox relata, quod ipſe expertus quidem non fuit ſenſum doloris capitis, & brachii Sanatæ, ejus tamen ſigna infallibilia, & valdè diuturna oculis ſuis inſpexit, ut erant pus ſcatens ex auricula, ac tumefactio brachii, & capitis.

Quod verò ſpectat ad Inſtantaneam ſanationem à prædictis morbis, ea elicitur ex IV. Teſte nempè Confeſſario *fol.* 278. §. 56. ibi = *Doppo haver fatte le ſue divozioni*, *cioè Confeſſata*, *e Communicata*, *ſi meſſe con lacrime*, *e con gran affetto a raccommandarſi alla detta Beata*, *e doppo haverla pregata con una viva fede*, *ſi ſentì in un ſubito il braccio libero*, *e lo potè alzare*, *e adoperare*, *come ſe mai aveſſe avuto male*, *ſentendoſi dunque così guarita*, *corſe alla volta mia*, *ch'ero all'ora nel confeſſionario*, *e tutta allegra mi diſſe*, *Padre*, *Padre*! *Io ſon guarita*, *e mi moſtrò il braccio*, *che alzava con gran agilità*: & Infrà: *Si meſſe in ginocchioni avanti al detto Corpo della Beata*, *e appoggiato il capo alla detta Caſſa*, *e doppo aver orato per qualche poco di tempo*, *sì ſentì libera dal dolor della Teſta*, *che pativa di maniera tale*, *che venutami a trovare per allegrezza*, *e per farmi conoſcere*, *che era rimaſta ſanata*, *ſi percoteva forte con pugni la teſta*, ex V. Teſte Socia Sanatæ fol. 281. §. 19. ibi = *Con l'oc-*

Digitized by Google

caſione, che ſi fece la feſta della detta Beata del meſe di Giugno &c. Ella come la diſſe, havendo fatta orazione alla Beata, aveva riceuta la grazia della ſanazione del braccio offeſo, avendomi moſtrato il braccio, quale lo poteva adoperare beniſſimo, il che seguì ſubito raccommandataſi alla Santa, perche la detta matina uſcì di caſa, & haveva il detto braccio aggravato ſecondo il ſolito, e quando ritornò l'adoperava, e moſtrava, che non ci aveva più male: & Infrà: *Ci fece vedere il Corpo della predetta Beata, e noi ci raccommandaſſimo alla medeſima con fede, e Suor Giovanna appoggiò il capo a' vetri di detta caſſa, e ſi raccommandò vivamente alla Beata, pregandola, che la faceſſe guarire dal detto dolore di teſta, e doppo eſſere ſtata così orando per un poco di tempo ſi rizzò ſu battendoſi la nocca ſopra il capo, e dicendomi, Io ſon guarita*: Ex VI. Teſte Sacriſta fol. 283. §. 31. ibi = *La detta Suor Giovanna haveva male in un braccio, e in un' orecchie; ſiccome pativa inſino da bambina un certo dolor di teſta, ora &c. si raccommandò grandemente alla detta Beata, e per ſua Intereeſſione rimaſe libera dal male, che pativa nel braccio per quanto ella mi diſſe, un giorno poi eſſendo Sagreſtano mi venne a pregare detta Suor Giovanna, che io la voleſſi far paſſare in Sagreſtia nuova, dove era ſtata meſſa la Caſſa con il Corpo della Beata Giuliana &c. & io ve l'introduſſi, ove entrata ſi miſſe in inginocchioni avanti la detta caſſa per ſpazio di tre credi in circa, ſi rizzò gridando ſon guarita &c.* & §. 34. ibi = *Quanto alla prima grazia del braccio non mi ſon trovato preſente, ma l'hò ben ſentito dire da detta Suor Giovanna, ma quanto alla ſeconda del capo io mi ſon trovato preſente*: Et VII. Teſte fol. 285. §. 43. ibi = *Eſſendo venuto il giorno, in cui si celebrò la feſta della Beata &c. la detta Suor Giovanna ſi raccommandò caldamente all' Intercesſione della Beata Giuliana, e doppo eſſere ſtata in Chieſa per qualche tempo avanti il Corpo della detta Beata, che era eſpoſto, si ſentì di ſubito libera dal male, che aveva in detto braccio, e venne ſubito a caſa mia, dove in quei giorni vi ſtava, e mi raccontò quanto gli era ſeguito, e nell' arrivo mi diſſe queſte parole: O Caterina hò riceuta la grazia della noſtra Beata alzando, e maneggiando il braccio liberamente, che prima non poteva muovere, e l'adoperava in tutte le ſue faccende, ſenza alcun impedimento &c.* & Infrà §. 44. & concordat Medicus fol 296. §. 81.

Optimè agnoſcens Reverendiſſimus Promotor debilitatem ſupra propoſitæ objectionis, ab ea præſcindendo, alia urgere ait obſtativa tùm contrà probationem, tùm contra relevantiam; & contra probationem opponit contraditionem Teſtium erutam ex verbis eorumdem Teſtium relatis in animadverſionibus. Reſpondemus tamèn, iſtas contradictiones facile concordari poſſe; Nam licet Sanata dixerit, quod nunquàm ſe curare fecit à prędictis morbis; contrarium verò aſſerant cœteri Teſtes; attamèm præſumi debet, Sanatam intellexiſſe, cum dixit abſolutè *non mi ſono mai fatta medicare*, de formatis curationibus per ſyrupos ſcilicèt, & alia efficacia pharmaca; remedia autèm quæ primis temporibus adhibuiſſe refertur, cum ſimul referatur, inutilia fuiſſe, merito pro non adhibitis reputata fuerunt à Sanata.

Alia contradictio, quæ deſumitur ex eo, quod Sanata dixit *Non hò mai parlato ad alcuno del gemito dell' orecchio*. Patet vero Caliſtus de Cataneis contrarium depoſuit, nec etiam refert, quià etiamſi aliquando Sanata id prædicto Patri Caliſto dixerit, oblita poſtea de eo eſſe potuit; vel quia ſtare benè poteſt ſimul, Sanatam cum nullo locutam

fuiſ-

fuiſſe de dicto gemitu, & prædictum P.Caliſtum, cui relati fuerant à dicta Sanata alii morbi, nempè dolores capitis, & brachii, & patebat eidem Teſti etiàm dictus gemitus ex fœtore ab eo promanante, ſub involucro dictorum morborum intellexiſſe etiàm eumdem gemitum.

Nulla demùm conſiderari poteſt contrarietas in Sanata ſupèr eo quod dixit, quòd brachium infirmum elevare, nèc eo uti poterat, & alibi referat, quod eo utebatur. Quandoquidem cum ſuper hac apparenti contraditione fuerit à Judicibus diſtinctè interrogata, ut in *Summ. fol.* 292. *poſt* §. 72. eam declarando, reſpondit, quod interdùm tantùm, & cum labore eo utebatur, quamvis magno dolore afficeretur; id tamèn non ſemper ei datum erat, & per continuas hebdomatas eo nullo modo uti poterat, ut in *Summ. dict. fol.* 292. ibi = *Io alle volte con fatica, benche ne haveſſi un gran dolore, lavoravo con il braccio ſiniſtro, ma non potevo lavorar ſempre, alle volte ſtavo de' giorni, e delle ſettimane ſenza poter lavorar punto*. Unde ex his ceſſare videtur quæcumque dubietas, & contradictio.

Atſi quæ etiàm in verbis Teſtium appareret diſcordia, cùm ea non verſetur circa ſubſtantiam miraculi, ſed omnia referantur ad accidentalia; hinc ſubintrat concluſio, quod varietas, & contraditio reſpiciens accidentalia, & non ſubſtantialia, non minuit fidem Teſtibus, ut benè docet *D.Thom.* 2. 2. *quæſt.*70. *art.*2. *ad* 2. qui ſic inquit = Si *ſit diſcordia Teſtimonii in aliquibus circumſtantiis non pertinentibus ad ſubſtantiam facti, non præiudicat Teſtimonio, quia homines non conſueverunt circa talia multum ſollicitari, unde facile à memoria elabuntur*, & firmant *Felin. in cap. licet col.* 5. *circa medium de Teſtibus*, *Farinat. de Teſtib. quæſt.* 64. *num.* 77. *cum trib. ſeqq. Rot. coram Gregor. deciſ.* 351. *num.*22. *& deciſ.*578. *num.* 4. *coram Bich. deciſ.*20. *num.* 8. *& ſup. & in rec. deciſ.*371. *num.*3. *par.*2. *& deciſ.*53. *num.*13. *&* 14. *par.*13.

Quinimò majorem armoniam facit aliqua inter ipſos diſcordantia, quæ tamen non percutiat ſubſtantiam, quia excludit ſuſpicionem ſubornationis, quodque inſtructi venerint ad examen *leg.* 3. 6. *Ideoq. de Teſt. Ciriac. controv.* 407. *num.* 155. *&* 219. *D. Thom.* 2. 2. *dict. quæſt.* 70. *art.*2. *ad* 2. ibi = *Quinimò aliqua diſcordia in talibus facit Teſtimonium credibilius, ut Chriſoſt. dicit ſuper Matth. quia ſi in omnibus concordarent etiam in minimis, viderentur ex condicto eumdem ſermonem proferre*.

Vindicata probatione, æquè facile propugnatur relevantia; adverſus quam urgere ait Reverendiſſimus Promotor primo, quod ſanatio non fuit perfecta, dùm ſolùm à dolore in brachio ſiniſtro Soror Ioanna liberata eſt, & ſucceſſivè ab aliis doloribus, quibus in capite affligebatur, non obſtante, quod invocaſſet B. Julianam, ut ab omni morbo ſanata remaneret, ut ex Teſtibus in Animadverſione citatis. Prò hujus vero objecti remotione dicimus, nullam incongruitatem eſſe, nec officere miraculo, quod unus Deo ſanante depellatur morbus, altero remanente, qui novo poſtea miraculo ſanetur. Deus enim ea interdum multiplici miraculo facit, quæ poſſet, unico tantum miraculo, ſi vellet, facere, & id non ſinè ratione, ſcilicet; ad hoc ut à primo beneficio aucta in Ægro fiducia ad interceſſionem Sanctorum ferventius recurratur, ità cenſet *Card. de Laur. tom. diſput.* 20. *art.*21. *num.*911. ibi = *Non tollitur ratio miraculi, ſi claudus à lethali morbo, vel cæcitate, aut ſurditate miraculo ſanetur, non vero à clau-*

dicatione. *Præclarum hujuſce rei exemplum nobis afferunt Sacri Codices Iſai. cap.38. Ezechias lethali morbo ſimul, & fœdo ulcere laborabat, à lethali morbo liberatus eſt, & tamen ulcus remanſit; nàm poſtquàm moribundo Principi dixit Iſaias, hæc dicit Dominus, adyciam ſuper dies tuos quindecim annos, additur, juſſit Iſaias, ut tolleret maſſam ficuum, & cataplaſmaret ſuper vulnus, & ſanaret* = Idquidem confirmatur ex ſtylo Sacræ Congregationis, quæ pluries ſimilia miracula approbavit. In relatione S. *Thereſiæ pag.* 24. habetur quod quidam Præsbiter ſimùl apoſtemate in pectore, & contractione in uno brachio laborans, prius ab apoſtemate, poſteà à brachii contractione ſanatus eſt. In relat. Beatificationis *S. Paſchalis Baylon*, mulier paralitica, primo manuum, deindè peduum uſum recepit. In relatione *S. Caroli* apud Contelor. *pag.*774. de Puella duos pedes diſtortos, & inverſos habente, ſic legitur, ibi = *A matre ad ſepulcrum ejus ducta, ab alterius primum, deindè reducta ab alterius etiàm pedis hujuſmodi inverſione liberata eſt* = In relatione *S.Thomæ à Villanova apud eumdem pag.* 687. de homine ob nervorum contractionem ambobus pedibus claudicante, ſic habetur, ibi = *Aggreſſuſque novenam, die tertia fulcimentorum alterum, & priuſquàm novena impleretur, utrumque dimiſit*:

Sique uberioribus adhùc exemplis placeat hanc veritatem confirmari, quod nimirum ſæpè D.O.M. per quandam miraculorum pluralitatem potius quam per unicum miraculum integrè pluribus vicibus ſanitatem reſtituit Ægris, quam unico temporis momento elargiri potuiſſet, aptiſſimum in hanc rem ſeſe offert exemplum relatum à S. Auguſtino de *Civit. Dei lib.*22. *cap* 8. de Energumeno, qui prius ad interceſſionem Ss. Gervaſii, & Protaſii miraculosè liberatus eſt à Dæmone, à quo opprimebatur, & deindè poſt ſeptem dies ſanatus fuit à cæcitate eidem à Dæmone illata; Conferque paritèr aliud exemplum ſanationis per miraculum obtentæ à Diaſilla Fantina interceſſione S. Philippi Nerii; Nimirum hæc mulier, quæ ex quodam lapſu gravitèr in pluribus corporis partibus læſa remanſerat, cum ferventiſſimè ſanitatem imploraret à S. Philippo Nerio, quem in vita Directorem Spiritualem habuerat, prima vice eam obtinuit in oculis, capite, labiis, auribus, & manu; ſed cum tanto adhuc tumore affectum remanſiſſet ejus dextrum genu, ut illius amputationem neceſſariam judicaret Chirurgus, iteratis precibus ad eumdem Sanctum, ejus quoque ſanationem obtinuit die ſequenti; Et tandem, cùm nihilominùs magno quodam dolore, toto corpore affecta eſſet, ut è lecto aſſurgere, ſuiſque muniis incumbere non valeret, tertia demùm vice perfectam undequaque ſanationem ab inſigni ſuo Benefactore impetravit. Triplicis hujus miraculi ſeries diſtinctè relata legitur in vita S. Philippi Nerii *lib.6. cap.*10. ejuſdemque miraculi, tamquàm à S. Sede approbati mentio habetur in Bulla Canonizationis dicti Sancti Philippi §. 89.

Ex quibus omnibus concludendum eſt in noſtra quoque hypotheſi, quod ſucceſſivitas ſanationis Ioannę Poccianti prius à dolore in brachio, & poſtea à doloribus, quibus affligebatur in capite, non repugnat perfectioni miraculi, ſed verè dicitur duplex miraculum, ſeù quędam miraculi diviſio, quatenùs nempè id, quod fieri potuiſſet unico tempore, & per unum miraculum, voluit Deus diviſim per duplex miraculum fieri, ut optimè advertit *Contelor. de Canoniz. Sanct. cap.* 17. *n.* 11. *in fin.*

Ad-

Addita preſertim conſideratione, quod etſi dicta Ioanna deprecata fuerit Beatam Iulianam, ut ſana efficeretur ab omnibus morbis, quos patiebatur, cum tamèn ille, quo laborabat in brachio, eſſet ei moleſtior, & gravior, utpotè quià proptèr ejuſdem brachii impedimentum manualia explere non poterat opera, cum quibus ſuis indigentiis ſuccurebat, hinc veroſimile eſt, animum principalitèr intendiſſe in recurſu habito ad interceſſionem Beatę Iulianæ prius obtinendi ſanitatem ejuſdem brachii, ut ei factum eſt, & ſic ex hoc clarius apparet miraculum, ut reflectenti patet.

Secundò opponitur recidiva præd. Joannę; alter enim ex Teſtibus citatus in animadverſionibus ait = *doppo qualche meſe gli tornò qualche piccolo dolore di Teſta, ma aſſai minore del primo, quale non era continuo*: Verùm dicimus, quod tametsi poſt aliquos menſes dicta Ioanna paſſa fuerit *qualche piccolo dolore di Teſta*, adhùc tamen nunquam dici poterit, illum cauſam habuiſſe à Cæphalea, qua per ſpatium 40. annorum cruciata fuit, & à quâ ſupernaturalitèr in inſtanti liberata extitit, tùm quià d. dolor ſuperventus, fuit modicus, brevis, & interruptus, alii verò erant continui, diuturni, vehementes, & inveterati, ac excitabantur à vitiata partium internarum capitis ſtructura ut optimè probavit D. Aſſaltus in ſua conſultatione, tùm & verius quia ille gigni potuit ex ventriculi, vel aliorum viſcerum levi affectione, & ut vocant, per conſenſum, vèl ex aliqua cibi, aut inclementioris aeris noxa, aùt errore, & ut latius oſtendit dictus D. Aſſaltus in reſponſione.

Addimus, & his, quod dictus dolor, cum non ſupervenerit illico, vel poſt breve tempus, ſed poſt aliquos menſes, etiamsi fuiſſet ejuſdem naturæ, cujus erant illi, quos prædicta Pocciantì patiebatur antè obtentam ſanationem (quod tamen expreſsè impugnatur) nihil prorsùs officeret, cum in miraculis ſanationis non exquiratur perennitas, aliàs defuncti ad vitam revocati, ut plùries legimus ſecutum ad Sanctorum interceſſionem mori non debuiſſent, cum privilegium felicis immortalitatis in ultima die judicii ſolum Beatis ſit reſervatum. Si autèm in miraculis reſurrectionum nemo fidelis in contrarium ſentire poteſt, idem cenſere debet de miraculis ſanationum, quod tamèn probatur ex principiis Iuriſperitorum, Medicorum, aliorumque Authorum, ac ex praxi Sacræ Congregationis.

Iuriſperiti ſuper Textu in *l. Martius ff.* locat. caſum ponunt in Medico, ſeù Chirurgo, qui cum Ægro certam pecuniam pactus fuerit in caſu ſanitatis reſtitutæ, & quærunt, an poſt ſanationem pacta pecunia debeatur, quotiès Sanatus in eundem morbum reincidat, & ità diſtinguunt; Vel recidiva fit incontinenti, & tunc merces non debetur, vel ex intervallo eamque debitam eſſe affirmant Bartolus *d. leg. Martius* ibique Caſtrenſis; *Joannes Andr. in reg. contract. quæſt. 2. Barbat. poſt Aretin. in l. iſta ſpeculatus eſſem ff. de verber. obligat. Ancharanus, & Felinus in cap. Presbyterum de homicid. Marſilius conſ. 7. col. 2. verſ. cum eo caſu lib. 2. Tiraquellus in l. ſi umquam verb. ſuſceperit num. 146. Baldus conſ. 255. col. 2. lib. 3., Antonius Gabriel de leg., & conſtit., conc. 2. num. 11., Sebaſtianus Medices de Reg. Tur. par. prima reg. 4. n. 64.*; Quod etiàm declaratur, niſi immediata infirmitas provenerit ex culpa ipſius Ægri; undè ſi infirmus, vèl vulneratus appetitui nimirum indulſerit, vel alias erraverit, licèt infirmitas incontinenti recidivarit, Medico debetur merces *Bartolus in dict. l. Martius in*

ſua

ſua diſtinct. in verb. Summa. Angelus in verbo Medicus num.14. Ripa peſt. cap. final. num. 143.*cum ſeqq., Caroccius de locat. & conduct. part.* 2.*quaſt.* 9. *num.* 9.

Medici cum Juriſperitis planè conſentiunt, *Zacchias Quaſt. Medico leg.tom.*1.*lib.*1.*tit.*4. *quaſt.*7. *num.*10. firmat numquam habere locum recidivam, ubi accedere poteſt nova cauſa, nam morbus, ac recidiva, habent unam, & eandem cauſam, cum recidiva fiat ex reliquiis præcedentis morbi. *Hippocrates aphor. lib.*2. *aphor.*12. *Avicenna* 2.4.*tract.*1.*cap.*95. ex quo principio infert, ad recidivam non ſufficere relapſum in eandem ægritudinem, & *num.* 30. ſic ratiocinatur: *Pone virum ex febre ardenti laborantem ob id, quod plurimum, & ſupra conſuetudinem ſe exercuerit, quem finge ſeptima per ſanguinis hæmorrogiam ex naribus criticè fuiſſe ſanatum, & omni ex parte convaluiſſe, deinde calidorum ciborum uſu paucis interiectis diebus in eandem febrim ardentem recidat, hac quidem non erit prioris recidiva, licet idem ſpecie ſit, diverſam enim habet cauſam, & ex nova humorum bilioſorum aggregatione procreatus erit, nam cauſam prioris morbi ceſſaſſe probat critica illa evacuatio, ac perfecta ſanatio, Novam vero cauſam irrepſiſſe errata in victu probare poſſunt, neque enim dubium eſt, ex eis novam fuiſſe bilem in corpore aggregatam, quæ vel ob multitudinem, vel ob diſpoſitionem putreſcent in venis, vaſiſque magnis cordi proximis, novam accenderint febrim.* Neque aliter *Taddæus in Commentar.ſuper aphor.*12.*Hippocr.* Cõſideratis enim diverſis cauſis ad effectũ, quando recidiva vocari debeat novus morbus; concludit = *Quod nimis impropriè tale nomen imponeretur, quando v. g. in corpore ſanato à tertiana remaneret epar calefactum, & oppilatum in tantum quod gigneret novam coleram, undè nova febris excitaretur; quod ſi tali affectioni conjungeretur error in regimine, clarius appareret, morbi reverſionem non eſſe dicendam recidivam, ſed rigorosè denominandam eſſe generationem alterius ægritudinis licet ſit homogenea priori ægritudini, cum enim ægritudo tota removetur, & nihil de cauſa ejus remanſerit factura ægritudinem, ſi per malam diſpoſitionem membri, vel malitiam regiminis iteretur ægritudo, prior non dicetur recidiva, ſed alterius ægritudinis generatio.*

Praxis quoque Sacræ Congregationis huic ſententiæ concinit: in relatione enim Canonizationis Sancti Bonaventuræ poſt ejus opuſcula inſerta *part.*2. *art.*6. *pag.*833. *col.*2. pluribus authoritatibus hæc concluſio firmatur. In illa Sancti Raymundi *part.* 2.*art.*10.*Mir.*2.approbatum fuit pro miraculo, quòd ſemimortuus ſenſum recuperaverit, & locutionem, ſpatiumque confitendi, licet immediatè poſt confeſſionem obierit. In illa Sancti Hyacinthi *tit. de Miracul.* Miraculo attribuitur, quod fætus mortuus facto voto, revixerit; quamvis poſt aliquot ſeptimanas mortuus fuerit. In illa Sancti Franciſci de Paula penès Perimezzium §. *Illud poſtremo pag.*357.dictum fuit, quod Miraculo non obſtet, ſi reſtituta ſanitas, non perſeveraverit, veriſimiliter enim videbatur duratura, licèt ſanati culpa ſuperveniente, momentanea fuerit. In Bulla Canonizationis Sancti Philippi Nerii *Bulla. tom.* 4. *Urbanus VIII.* §. 73. pro Miraculo admiſit vitam reſtitutam Paulo Fabritii de Maximis filio, qui mortuus, Inclamante Philippo, illicò ad vitam rediit, & confeſſione peracta, interrogatus, an libens iterùm è vita decederet, annuens in pace quievit.

Demùm urgere dicitur conſideratio deſumpta ex eo, quod Sanata poſt an-

annos duos à die recurſus habiti ad Beatam Julianam hydropica mortua eſt, ex quo infertur malitiam morbi, quo laborabat de tempore invocationis Beatæ Iulianæ numquam ceſſaſſe, eo quià humores maligni, qui eam vexaverant in capite, & auribus, & deindè in brachio, ultimo deſcenderint ad alias partes corporis Patientis, & ex iis effecta hydropicà mortalitatem expleverit. Hæc tamen conſideratio nullius momenti eſt, nec ullactenus officit miraculo.

Siquidem numquam dici poterit hydropem, qua oppreſſa fuerat dicta Ioanna ortum habuiſſe ex Cæphalæa, qua prius Ipſa laborabat, ſed bene quidem ex alia cauſa, nedum quià dicti morbi non ſunt affines; verumetiam, quia ſi, per humorum metaſtaſim induci potuiſſet hydrops, id utique evenire non poterat ſine ulla ipſius capitis affectione, etenim exploratiſſimum Medicorum eſt axioma, ſi quæ pars corporis morbo quodam vehementiùs fuerit divexata, eam præcæteris morbis deinceps eſſe obnoxiam. Quarè non potuit Catharina incidere in hydropem ex capitis diuturno dolore, quin ipſum caput eodem tempore quodammodo afficeretur, & tamen in facto conſtat, dictam Ioannam à tempore, quo miraculosè liberata fuit à capitis doloribus, eos numquam paſſam fuiſſe, ut ſuprà probavimus. Pleniùs verò hujuſmodi objectioni ſatisfacit Dominus Aſſaltus in ſua reſponſione ſuper hoc miraculo; ac proindè ſublatis omnibus difficultatibus pro miraculo reſpondendum firmiter credimus.

Quare &c.

RESPONSIO

Ad Animaduerſiones Reuerendiſſimi Fidei Promotoris

SVPER VII. MIRACVLO.

QVÆ aduerſus hoc miraculum Reuerendiſſimus Promotor phyſica adducit argumenta minimo opere diluuntur.

Primo enim aſſerit Ioannam Poccianti poſtquam cephalæa fuit liberata Beatæ Iulianæ precibus, in eumdem capitis dolorem incidiſſe, idque confirmat ſororis Mariæ Matthioli teſtimonio; cuius propterea verba diligenter erunt ponderanda: *Solo dopo à qualche meſe le tornò qualche piccolo dolore di teſta, ma aſſai minore del primo; quale non era continuo.* Ex quibus manifeſto apparet dolorem hunc, quo poſtmodum fuit correpta, morbum longè diuerſum fuiſſe à cephalæa, qua per quadraginta annos miſere fuerat diuexata; hæc enim erat vehemens, continua, diuturna, & inueterata, ille autem modicus, breuis, & interruptus: hæc excitabatur à vitiata partium internarum capitis ſtructura, vt alias demonſtratum eſt: ille gigni potuit ex ventriculi, vel aliorum viſcerum leui affectione, & vti vocant per conſenſum, vel ex aliqua cibi, aut inclementionis aeris noxa, aut errore, vt dicunt in ſex rebus nonnaturalibus, vel ex leui externarum capitis partium læſione, vt paſſim docent Medici (a) qui propterea cephalæam à ſimplici, & miti capitis dolore diſtinguunt, ac diuerſam morbi ſpeciem faciunt; vtpotequæ cauſſis, parte affecta, vehementia, diuturnitate, & frequentia ab illo longe diſcrepet.

Alterum, quo vtitur argumentum eamdem Ioannam biennio poſt impetratam à Beata Iuliana ſalutem, hydrope oppreſſam obijſſe minus officere videtur miraculo; non eſt enim probabile hydropem ex cæphalæa ortum habuiſſe; id quod compluribus rationibus demonſtrabo; Ac primo quidem ex capitis dolore varij morbi induci poſſunt, lethargus nimirum, mania, apoplexia, ſurditas, alijque, quos recenſet Hippocrates (b) inter hos autem hydropiſim non numerat.

Secundo cephalæa, qua Ioanna torquebatur morbus erat idiopathicus, videlicet oriebatur ex ipſius capitis vitio, non autem ſympathicus, ſeù per conſenſum vti vocant, eratque morbus primarius, non autem ſymptoma alteri morbo adiunctum; veluti cachexiæ, viſcerum imi ventris labi, quibus laborantes non raro fiunt hydropici.

Tertio excitabatur dolor ex lacerata obſtructa, & vitiata vtcunque meningum cerebri ſtructura, quæ niſi penitus, ac probe fuiſſet reſtituta, dolor per biennium quieſcere non potuiſſet; non enim videtur rationi conſentaneum, vt morbus ceſſet, non ſublata cauſa, ſemel autem reſtituta, labefactari rurſus non poteſt, niſi noua cauſa, nouoque morbo.

Quarto humorum metaſtaſis ex capite, & brachio in reliquum corpus nullo modo contingere potuiſſe videtur: alterutrum enim conceden-

dum

(a) *Mercurialis de cognoſc., & curandis hum. corpo affect. lib. 1, cap. 3 Lennertus pract. lib. 1. par. 3. ſect. 1. cap. 1. Et mullerus prax. lib. 1. ſect. 2. cap. 3. art. 7.*

(b) *In coacis prænot. lib. 1. ſect. 2.*

dum eſt, vel repente, vel ſenſim ſine ſenſu eueniſſe: At neutrum fieri potuit: non primum quia ſi repente humores ex capite in reliquum corpus irrupiſſent, ſanato capite corpus reliquum non potuiſſet eſſe incolume; ſed confeſtim contractam labem aliquo morbo prodidiſſet: non alterum, quia ſi prædicti humores ſenſim, ac leniter in artus, ac cœteras corporis partes irrepſiſſent, atque aſpiraſſent, capitis dolor ſenſim remiſiſſet, non autem illico, ac penitus euanuiſſet.

Quinto denique ſatis demonſtratum eſt in priori diſſertatione cephalæam morbum diuturnum, inueteratum, congenitum, ac perpetuum, niſi diuina vi temporis momento depelli non potuiſſe: quare ſi quid poſtea humanitus Ioannæ iam ſanatæ acciderit, id quidem iam acceptum diuinum beneficium non imminuit; non enim hac lege diuinitus conualeſcunt ægroti, vt morbis, ac morti de inceps minime ſint obnoxij.

REVISA.

Ioannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

SVPER VIII. MIRACVLO.

Aſſerta Inſtantanea Sanationis Ioannis Baptiſtæ Buti à febri continua, & ab acerbiſſimo ſtomachi dolore.

SAnitas uti aſſeritur recepta, uſque, & de anno 1694. à Ioanne Baptiſta Buti florentino tribuenda non eſt cauſæ ſupernaturali, ſed naturali actiuitati, nempe medicamentorum, quæ Infirmo fuerunt ſubminiſtrata, iubente Medico Zamboni, ut pluries oſtenſum fuit in examine præcedentium Miraculorum, potiſſimum cùm medicamenta reputari debeant morbo proportionata, tanquam ordinata à Medico, & continuo ſubminiſtrata uſque ad diem receptæ Sanitatis, ut habetur ex depoſitione eiuſdem Medici Zamboni *proc. fol.* 1418. & Ioannis Baptiſtæ Sanati *proc. fol.* 1474. = *riſpetto à me di continuo furono preſi medicamenti.*

Haùd refragante, quod medicamenta ordinata Infirmo reputata fuerunt inutilia, ut aſſerunt Sanatus, & Medicus in eorum depoſitionibus, ſiquidèm ſempèr ſanatio tribuitur medicamentis, quotiès immediate ad ſanitatem, vel non longè àntè fuerunt Patienti ſubminiſtrata, alias etenim in qualibet ſanatione admittenda eſſet cauſa ſupernaturalis, quam ceteroquin dubio procùl ceſſare dicendum eſt, quotiès probatur in ſanationibus concurſus cauſæ naturalis, nempè quod à Patiente fuerint adhibita medicamenta morbo proportionata, vt ſatis ſuperquè notum eſt.

Indubitantèr in caſu noſtro in quo ſanatio non fuit recepta ab Infirmo inſtantanea, ſed ex temporis interuallo, ut habetur ex Teſtium depoſitione, ait enim Medicus Zamboni *Proceſſ. fol.* 1416. = *Si leuò il giorno ſeguente dal letto, ſano, e ſaluo* = Soror Sanati dicit *Proc. fol.* 1465. = *Di lì à due giorni andò fuori ſano, in tutto, e per tutto, & fol.* 1464. = *Sicome il medeſimo mio Fratello due giorni doppo reſtò libero affatto da ogni male andando fuori ſano, e guarito* = Aſſerit pariter Nepos Sanati *Proc. fol.* 1481. *Et eſſendoſi raccommandato alla Intereceſſione della detta Beata, poco doppo ſull' hora del deſinare ritenne il cibo &c.* Et quotiès in huiuſmodi ſanationibus deficit inſtantaneitas, deficit etiàm ratio miraculi, & ſanatio adſcribitur cauſæ naturali non verò ſupernaturali.

Atque hæc dicta ſint ſub cenſura, ſaluo ſemper &c.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO
AD ANIMADVERSIONES
Rm̃i Fidei Promotoris
SVPER OCTAVO
MIRACVLO

Inſtantaneæ ſanationis Ioannis Baptiſtæ Buti à Febri continua, & ab acerbiſſimo ſtomachi dolore.

Beatisſime Pater.

AD eneruandam releuantiam enunciati Miraculi opponit Reuerendiſſimus Promotor, quod ſanitas prædicti Ioannis Baptiſtæ Buti tribuenda ſit efficaciȩ medicaminum adhibitorum, quæ proportionata dici debent, vtpotè à Medico ordinata, quæue nunquam intercupta fuerunt.

Verum reſpondetur, quod quando medicamenta non proſunt, augent magis, quam minuunt qualitatem miraculi, vt manifeſtè docet illud, quod legitur *Lucæ* 8. de Hemorrhoiſſa de qua ad maiorem Miraculi à Chriſto patrati euidentiam, dicitur -- *mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab ullo potuit curari* -- & maximè eſt notandum quod ſcribit S. Bonauentura in Comment. huius Textus, *Probabile, ſi curabilis fuiſſet ægritudo, quod per artem fuiſſet curata, attamen ars non profuit*; & inferius -- *vbi natura arti non proficit, magis nocet ſicuti in hac muliere, de qua dicitur Marc. 1. quod fuerat multum perpeſſa à compluribus Medicis, & erogauerat omnia bona ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat, ſed Lucas Medicus hoc tacet de Medicis curialibus loquens*, -- & firmant *Caſtellin. de certitud. Glor. Sanct. cap. 8. punct. 31. in princip.*, *Contelor. cap. 17. num. 20. verſ. vbi* docet, *Bordon. de mirac. controuerſ. 13. num. 34. Rot. apud Lezan. Conſult. 1. num. 195.*, *261.*, *& 269. in fine*, optime *Pignatell. lib. 10. conſult. 120. num. 10.*, *vbi quod ità tenuit Rot. in relat S. Caroli mirac. 6. S. Ignatii mirac. 8. Ven. Serui Dei Hieronymi Emiliani mirac. 7. poſt obitum*, & patet ex pluribus Canonizationibus *præſertim S. Petri Celeſtini Conſtit. 4. §. 15. S. Raymundi conſtit. 77. num. 44.*, *& 49. S. Ignatii Conſtit. 3. num. 36. S. Roſæ Limanæ Conſtit. 37. §. 54.*, *& 57.*

Quod autem medicamenta præſtita prædicto Buto nullum ei attulerint iuuamen, imò quod ea nec retineri valuerint ab eodem Infirmo, euidentèr patet ex concordi Teſtium depoſitionibus. Teſtis enim X., qui eſt

Medi-

Medicus teſtatur *Summ. fol. 303. -- Gio: Battiſta Buti &c. doppo una lunga ſebre fu trauagliato da un dolore acerbiſſimo con vomito, e una diarea furioſiſſima, talche per non poter ritenere ne cibo, ne medicamenti di ſorte veruna, proſtrate talmente le forze, era ridotto in grado diſperato di ſalute; Vedendo adunque non vi auer più luogo i rimedii naturali, ricorſe con e viua ſede al Patrocinio della B. Giuliana &c.* & infrà §. 9. -- *Già ho detto, che furono riſpetto al Manucci, e Buti vſati tutti i rimedii vmani poſſibili, ma tutto inutilmente &c. quanto poi al Buti furono applicati, mà riguardo al vomito non ne ritenne alcuno: Teſtis XII. fol. 307. §. 21. --* ibi -- *Gio: Battiſta mio fratello aueua preſi alcuni medicamenti per ritenere il cibo, ma parimenti queſti medicamenti non giouarono ne punto, ne poco: Teſtis XIII. nempè Sanatus fol. 308. §. 27. --* ibi -- *A me poi l'anno 1695. del meſe di Giugno eſſendo ridotto in eſtremo di mia vita con una fieriſſima rilaſſatione di ſtommaco, e febre continua, non potendo prendere alcun cibo, ne medicamento, perchè non potendo ritenere niente --* & Infrà §. 33. -- *i medicamenti non aueuano operato coſa alcuna --* & §. 34. *Queſte due ſanazioni furono fatte miracoloſamente &c. mentre, che auendo applicati i remedii vmani, quelli non aueuano operato coſa veruna, e riſpetto a me di continuo furono preſi medicamenti, mà ſenza frutto, perchè mai ne potetti ritenere alcuno -- Teſtis XVI. fol. 310. §. 44. -- Tanto mio Padre quanto mio Zio* (ſcilicèt Ioannes Baptiſta Buti) *s' erano medicati &c. ma queſti medicamenti non gli aueuano fatto alcun miglioramento, e i Medici non ritrouauano rimedio à propoſito, e gli ſtimauano ſpacciati*, & infrà §. 48. *Gio: Battiſta Buti mio Zio ſi ritrouaua per vna relaſſatione di ſtomaco in ſtato tale, che non poteua ritenere più cibo, ne medicamenti, ed eſſendogli vſati i rimedii poſſibili, nulla gli giouò, e i Medici ſtimorono il male irrimediabile.*

Atque hinc ruit replicatio Reuerendiſſimi Promotoris aientis, quod ſemper ſanatio tribuitur medicamentis, quoties immediatè ad ſanitatem, vel non longè ante, fuerunt Patienti ſubminiſtrata, alias etenim in qualibet ſanatione admittenda eſſet cauſa ſupernaturalis, quam cæteroquin dubio procul ceſſare dicendum eſt, quotiès probatur in ſanationibus concurſus Cauſæ naturalis, nempè quod à patiente fuerint adhibita medicamenta morbo proportionata: Quandoquidem tunc ſanatio tribuitur medicamentis, & Cauſæ naturali, quoties illa operantur, & iuuamen afferunt infirmo, ſecùs è contra, quando ſcilicet inutilia, & inefficacia remanent, ex ſuprà firmatis.

Abſque eo dici iuuet, quod ſanatio dicti Buti non ſucceſſerit in inſtanti, ſed ex temporis interuallo, vt Reuerendiſſimus Promotor probare contendit ex uerbis Teſtium relatis in animaduerſionibus. Quandoquidem perfectam interfuiſſe inſtantaneitatem in ſanatione, de qua agitur apertè, colligitur ex ipſomet ſanato, cui præcæteris tamquàm de facto proprio deponenti plenè deferendum eſt ex notis iuribus; ſic ipſe ait *Summ. fol.* 309. §. 30. -- *Eſſendomi primieramente raccomandato con viua fede a detta Beata, e di poi il medeſimo Religioſo auendomi poſato ſopra lo ſtomaco detta reliquia, e dipoi recitate alcune breui orazioni ſubito immediatamente mi ſentii riauere, e cominciai a prendere nutritiui, e gli ritenni francamente, e il medeſimo giorno mi leuai dal letto --* & infrà §. 38. -- *Giacchè il caſo era diſperato, & ottenuto ancor io, che mi fuſſe portata detta Reliquia dal predetto Padre, con la quale mi ſegnò il petto, e ſubito reſtai libero di modo, che preſi de' riſtoratiui, e gli ritenni, e il medemo giorno vſcii dal letto*, & concordant cæteri Teſtes X. nempè *fol.* 305. §. 4. 11., & 14. ibi -- *ricorſe all' intereſſione della B. Giuliana Falconieri, la di cui reliquia portatagli dal ſudetto Padre Maeſtro Ferrucci, eſſendoſela accoſtata con viua fede allo ſtomaco, immedia-*

mediatamente ſi ritrouò ſano, e gagliardo, come ſe non aueſſe auuto male alcuno, ſiccome ſtà di preſente -- XII. fol. 308. §. 26. -- ricorſe ancor lui alla medeſima Beata, & ottenuto, che da un Padre de ſerui gli fuſſe portata la Reliquia ſopradetta, quale con deuozione fattoſela porre ſopra il petto ſubito reſtò ſano, imperocchè eſſendogli ſtato dato di poi d'ordine del Medico robbe nutritiue, quelle ſubito ritenne, ne patì più di detto vomito -- XVI. fol. 310. §. 41., 45., & 48 -- ibi -- *e fattoſi condurre ſimilmente una reliquia della detta Beata, e con quella toccatogli la teſta, e lo ſtomaco, ſubito guarì, di modo, che l' iſteſſo dì al deſinare ritenne il cibo, e reſtò di poi ſano, ne mai hà patito di detto male.*

Nec ex quo prænominatus Ioannes Baptiſta poſt duos dies exiuit è Domo ſanus, ac liber in totum ab omni morbo, argui valet, quod dictus morbus etiam per dd. duos dies durauerit; Siquidem, cum id Teſtes non aſſerant, præſumi nec etiam a nobis debet, præſertim quia huiuſmodi præſumptio eſſet contraria facto, ac præcedenti dicto eorumdem Teſtium deponentium, ſanationem ſucceſſiſſe totaliter in inſtanti, ùt ſuprà vidimus.

Prætereà addimus, quod tametſi aliquæ morbi reliquiæ remanſiſſent in dicto ſanato (quod tamen nullatenùs admittitur) adhùc tamen ex communi DD. Canoniſtarum, & Theologorum ſententia, ac praxi huius Sacræ Congregationis in minimo obeſſent ſubſtantiæ miraculi, præſertim cum morbus eſſet grauiſſimus, ac à Medicis deſperatus, & tempus quod interceſſit, fuit ſolummodò duorum dierum, ùt in terminis dixit *Zacch. quæſt. Medic. legal. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 3 *num.* 8., & 9. *Caſtellin. de certitud. Glor. Sanct. cap.* 8. *pag.* 407. *Lezan. tom.* 4. *conſult.* 1. *parte* 2. *num.* 194. *Bordon. de mirac. medit.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 24. *Contelor. de Canoniz. Sanct. cap.* 17. *num.* 14. *P. Mattheuc. Pract. Theol. can. tit.* 3. *cap.* 2. §. 2. *num.* 13. *Rot. in relat. S. Caroli parte* 3. *Mirac.* 16. §. *Non obſtat in relat. S. Ignatii parte* 3. *mirac.* 5. §. *Neque repugnat, in illa S. Raymundi part.* 2. *art.* 5. §. quod ſi quandoque, in illa S. Franciſcæ Romanæ *parte* 3. *art.* 1. §. Et licet, in illa S. Franciſci de Paula *art.* 6. *mirac.* 5. in fine, & tandem id iudicatum fuit in Cauſa S. Felicis à Cantalicio ſuper ſecundo miraculo inſtantaneæ ſanationis Leopoldi de Tozzis, in qua acriter opponente Archiepiſcopo Myrenſi tunc fidei Promotore defectum inſtantaneitatis, ex quo Pater Pueri dixerat in ſua depoſitione, -- *Che la ſua ſanazione ſeguì tutta in un ſubito, benche gli reſtaſſe qualche debolezza, auendo però ricuperato le priſtine forze doppo quattro, o cinque giorni* -- nihilominus reſcriptum fuit pro miraculo; atque nuper id ipſum deciſum extitit in Cauſa Beatificationis B. Hyacintæ de Mariſcottis ſuper quinto Miraculo ſanationis Felicis Sterbinæ ab Empymate, ùt S. V., ac EE. PP., & DD. Conſultoribus optimè perſpectum eſt.

Quare &c.

REVISA.

Ioannes Zuccherinus Subpromotor Fidei.

OCTAVVM MIRACVLVM

Inſtantanea Sanationis Ioannis Baptiſtæ Buti à longa febri, cum vomitu, ac diarrhœa ſymptomaticis; quæ ſanatio pro octauo Miraculo proponitur in Poſitione.

Beatiſſime Pater .

EXactior quamuis morbi deſcriptio ex depoſitionibus in Summario traditis expetenda iure videatur, vt inde, & genuina natura febris, qua diutiùs laborauit Io: Baptiſta Buti, & egeſtionum, cum per vomitum, tum per aluum qualitas luculentiùs dignoſcerentur; nihilo tamen ſeciùs, ex mea ſententia, vel ab ijs, quæ minùs diſtinctè expoſita ſunt, plenè, cumulatèque habemus ex quo prædictæ morbi ſolutionem miraculosè ſucceſſiſſe tutiſſimè iudicemus.

Habemus etenim, BEATISSIME PATER, ex quo euidentiſſimè deſumatur Ioannem Baptiſtam Buti graui morbo detentum in maximo vitæ diſcrimine eſſe verſatum. Id nobis certiſſimum fiet, conſiderantibus præſertim, & genericam febris naturam, & ſpecificam qualitatem excretionum, quas non criticas, ſed symptomaticas fuiſſe apparebit.

His maturè præmiſſis concludendum inde procul ab omni dubio videtur, ægrotantem hunc neque inſtantanee à morbo liberari, neque extemporaneè conualeſcere, niſi per miraculum, potuiſſe.

Giouanni Battiſta Buti dopo una lunga febbre fù trauagliato da vn dolore etc Verbis hiſce teſtimoniales ſuas depoſitiones exorditur Medicus curans. (*a*) Neq; hic particulam *dopo* ſignificaſſe quis exiſtimet febrem iampridem accenſam olim extinctam fuiſſe; ſignificat enim quod, poſtquam febris diutiùs perſeuerauerat, adhuc ea vigente, nouus ſuperacceſſit morbus. Id confirmatũ habemus ex alijs teſtibus: *Era aggrauato grauemente di febbre, e non poteua tenere il cibo* (*b*). Quod luculentiùs adhuc confirmat idem Ioannes Baptiſta -- *eſſendo ridotto in eſtremo di mia vita con una fieriſſima rilaſſazione di ſtomaco, e febbre continua*. (*c*)

(a) *Summ. pag.* 305. §. 1.

(b) *Summ. pag.* 307. §. 15.

(c) *Summ. pag.* 308. §. 27.

In exponenda febrium Natura plures, & cordatiores Facultatis noſtræ Scriptores (*d*), febrem reuerà morbum non eſſe aiunt, ſed potiùs motum alteratæ fermentationis, in ſanguine opportunè excitatum, vt ita tandiù ſanguis efferueſcat, quandiù hetero-

(d) *Tozzius de Febr.*

terogeneis, inutilibus, impuriſque particulis, maſſam eius fœdantibus, prout in muſto obſeruamus, depurgatus defæcetur. Hinc non a *ferueo*, ſed à *februo*, ſcilicet *emundo*, febriſ trahunt ethimologiam.

Verùm inteſtinus quamuis alteratus ſanguinis motus in Febribus ſalutaris ſuapiè natura ſit, ſupponit tamen cauſam morbificam vna cum ſanguine immixtam, quæ niſi concocta tractu temporis educatur, in hac Naturæ pugna, vt loquar cum Campanella, aduerſus cauſam morbificam, collapſis viribus, aut alijs contractis morbis, fatiſcat tandem Æger neceſſe eſt.

Diù igitur per hanc præternaturalem fermentationem agitato ſanguine, diſſipatos ſpiritus, fractaſque vires in Ioanne Baptiſta quiſquis facilè cognoſcet. Quiſquis facilè cognoſcet vitam eius in maximum diſcrimen adductam, eoque magis, quod non adeo ullæ ex concocta cauſa morbifica apparebant criticæ euacuationes, verùm ſymptomaticæ egeſtiones, peſſimi quidem ominis, ſuperaccenſerunt; cum ex irritato ſtomacho, atque ex laceſſitis inteſtinorum fibris, viſcerum dolores, vomitus, ac diarrhoea pertinaciter perſeuerantes, choleræ in modum, Ægrotantem torquerent -- *Fu trauagliato da vn dolore acerbiſſimo con vomito, & vna diarrea furioſiſſima, talche per non ritener cibo &c.* (e)

(e) *Summ. pag. 305. §. 1.*

Has autem egeſtiones criticas haud fuiſſe luculentiſſimè conſtat, eò quòd nullum ex ijs ſibi commodum nactus ſit Æger; quinimmo exaſperato morbo, omnibus ad peiora ruentibus, is penè defeciſſe videbatur -- *proſtrate totalmente le forze era ridotto in grado diſperato di ſalute* (f) Certiſſimum vtique indicium eſt Medicinam facientibus, ne criticas cum ſymptomaticis euacuationibus confundant, Ægrotantis *tolerantia*. Id vel ex aphoriſmorum principio adnotauit Hippocrates (g) *In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontaneis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt, ſin minùs, contra.* Conferri autem, & leuiter ferri iudicatur potiſſimùm ex ægrotantis viribus, ſi nempe in ipſa euacuatione non exſoluantur -- *Nullum eſt certius ſalutaris euacuationis indicium*, optimè ſcripſit Fr. zeus (h), *quàm ſubinde ægrotum morbo, & ſymptomatibus leuari citra virium exſolutionem.*

(f) *Summ. pag. 305. §. 2.*

(g) *Lib. primo aphor. aphor. 2.*

(h) *Lib. comment. in aphor. Hippoc. aph. 2.*

Verùm in caſu noſtro haud morbo leuatus eſt Æger; quinimmo ſolutis prorſus viribus, & alia ſuperacceſſerunt morbi ſymptomata, nempe præter vomitum, & aluinas egeſtiones, enormis ventriculi dolor acceſſit, & nauſea -- *Fu aſſalito da vn fieriſſimo dolore di ſtomaco, con nauſea &c.* (i)

(i) *Summ. pag. 336. §. 14.*

Ex quibus cauſæ morbificæ malitiam, morbique futurum euentum luculenter educimus. Quandoquidem incongruas, noxiaſque iamdiù cum ſanguine immixtas ad excitandam febrim ſupponere cum debeamus particulas, has non per fermentationem concoctas, ſecretaſque, ſed deteriores factas in dies ſanguinis maſſam vniuerſam infeciſſe euidenter educimus. Factum inde eſt, vt deprauatis humoribus in gyrum actis, & per glandulas ventriculi, ac inteſtinorum aliqua ſui parte ſecretis, non tantum ex

laceſſi-

laceſſitis nerueę internę, tum ventriculi, cum inteſtinorum tunicæ fibris dolores excitarentur, ac diarrhoca, vomituſque ſuccederet, ſed ipſis digeſtionum fermentis alteratis, corruptiſque nauſeabundus ægrotans medicamenta, cibumque auerſaretur, vel ſi quid aut cibi, aut medicamenti aſſumeret protinus per vomitum ęiceret: *Non poteuo ritenere nè medicamenti, nè cibo di ſorte alcuna* (*k*)

(K) Summ. pag. 309. §. 38.

Quid ergo ex tanto morbo expectandum? Id vtique prędicendum ęrat, nimirum vt ſummum ægrotans obiiſſet diem -- *era ridotto in grado diſperato di ſua ſalute.* (*l*) Atque adeo certiùs enunciandum, quod ſuppetiæ ſperandæ non ęſſent; interdicebant enim tum vomitus, cum diarrhoca ne quid roboris à victu, ne quid leuaminis à medicis ſibi compararet præſidiis.

(l) Summ. pag. 305. §. 2.

Hæc argumenta, quæ morbi magnitudinem, ac deſperatam penè Ægrotantis ſalutem euidentiſſimè oſtendunt, hæc eadem argumenta, BEATISSIME PATER, ſoluto protinus morbo ad ſolam inuocationem Beatæ Iulianæ, ſanationis miraculum præ oculis exponunt.

Tantam quippe morbi ferociam ſola, infirma, ac penè victa Natura ſuperare non poterat. Neque virtutis quicquam labenti Naturæ Ars auxiliaris addere valuit. Non igitur Naturæ, non Arti inſtantaneam morbi ſolutionem, ſed Omnipotentiæ Dei, ad Interceſſionem Beatæ Iulianæ, jure adſcribendam eſſe contendimus. Id vel ſola facti enarratio luculentiſſimè oſtendit -- *Era ridotto in grado diſperato di ſua ſalute &c. ricorſe con viua fede al Patrocinio della Beata Giuliana Falconieri, la di cui reliquia &c. quale auendola accoſtata con feruore allo ſtomaco in quel' iſtante ſi ſentì tutto confortare, di maniera che eſſendo ſubito fermato il vomito, e la diarrea, quali fino a quel tempo l'aueuano trauagliato, ſi leuò il giorno seguente da letto ſano, e ſaluo.* (*m*)

Si quis erit miraculum inſtantaneæ ſanationis huius in dubium reuocare qui velit, ſi conſideret quomodo Ioannes Baptiſta extemporaneè conualuerit, is ità profecto cogitando, ac rerum circumſtantias maturè ſecum reuoluendo, dubitationes ſuas omnes planè diluet, ac omnino extenuabit: *Immediatamente ſi trouò ſano, e gagliardo, come ſe non aueſſe auuto male alcuno.* (*n*) Si enim potuiſſet Natura, quod tamen non potuerat, tum cum maximè vigebant vna cum morbo, vel morbi ſymptomata, neque concocta priùs, neque educta, (ſed vel concocta, vel educta) cauſa morbifica ægrotantem repente ſanitati reſtituere, poſt diuturnam tamen febrem, & poſt enormes, tum per inferiora, cum per ſuperiora, egeſtiones, illico refecto ſanguine, reſtitutis ſpiritibus, ac robore firmatis artubus, abſque conualeſcentia, ſoſpes & inſons adeo fieri haud naturaliter potuiſſet, vt muneribus illico ſuis obeundis planè ſufficeret -- *Il medeſimo giorno mi leuai da letto, e di lì à due giorni andai fuori libero, e ſano affatto.* (*o*) Quis enim vnquam vidit à longo, & graui morbo ereptum, collapſis pridem viribus, mox illico reſtitutis, confeſtim e lecto ſurgentem penè ac ſi nunquam ægrotaſſet? At ita portò ſe rem habuiſſe in caſu noſtro tum infirmus iam reſtitutus, tum adſtantes vnanimiter tradunt.

(m) Summ. pag. 30[illegible]. §. 1.

(n) Summ. pag. 306. §. 14.

(o) Summ. pag. 309. §. 31.

Hæc

Hæc igitur ſedulo mecum agitans ſatis ſuperque habere mihi viſus ſum, ex quo Ioannis Baptiſtæ Buti ſanationem miraculosè ſucceſsiſſe tutiſſimè iudicarem.

Breuibus æquè ac candidè, vt decuit, circa ſanationes expoſitas in Cauſa Canonizationis Beatæ Iulianæ de Falconeriis ſententias noſtras aperuimus. Has tibi, PATER SANCTISSIME, ſecuro iudicio æſtimandas humiliter obiicimus; ſi verò eas iureiurando firmare oportuerit, iam inde à nobis quodlibet iuſiurandum ſanctè prolatum eſſe intelligatur.

Alexander Paſcoli P.G.

R E V I S A.

Io: Zuccherinius Sub-promotor Fidei.

ANIMADVERSIONES

SVPER IX. MIRACVLO.

Aſſerta inſtantanea extinctionis Ignis.

ASsertnm Miracnlom extinctionis ignis ad partes poni debet, cum illius probatio ſolummodò inniti videatur aſſertioni duarum vilium fœminarum, utpotè; quæ erant addictæ ſeruitio cuiuſdam Nobilis Piſanæ, quæ nullum gradum probationis conſtituunt, conſiderando potiſſimum, quod una èx dictis fœminis, nempè Eliſabeth, non excedit annnm decimum octauum, altera verò ſcilicet Maria Magdalena affectare videtur laudem ex hoc aſſerto miraculo, ut colligitur ex Teſte XX. relato in Summario ſupèr hoc aſſerto nono Miraculo §. 43. = *Mi diſſe vieni, vieni, non ci è male, che è ſpento il fuoco da ſe, e che la Beata Giuliana haueua fatto à lei queſta gratia perſuadendomi venire à Firenze la mattina ſeguente alla Nunziata doue era ſcoperto il Corpo della Beata Giuliana per ringratiarla.*

Et quamuis defectus probationis plenè exuberet ad manifeſtam huius àſſerti miraculi excluſionem ſuadendam, adhuc nonnulla alia adduntur: Et primùm quod deficit inſtantaneitas in dicta ignis extinctione ſecuta poſt imploratam interceſſionem Beatæ Iulianæ, quandoquidem Villicus III. Teſtis adductus ad probationem dictæ aſſertæ miraculoſæ ignis extinctionis ait *Proceſſ. fol.* 1555. = *tutto il tempo dell' incendio non credo poteſſe arriuare à mezz' ora* =; Si ergo dimidium horæ interceſſit ab inuocatione Beatæ, ad tempus extinctionis ignis, nemo non videt, quòd deficit inſtantaneitas.

Secundum coſiſtit in eo, quod ignis accenſus in duobus, aut tribus Stupæ glomeraminibus ad ſummum ſupernaturaliter extinctus prætendi poſſet, cum flamma alterius ex dictis glomeraminibus fuerit extincta cum aqua, & ſic naturaliter, ut ait dictus Villicus *Sum.* §. 35. *in due ò tre balloni, oltre di quello, che vi ſalij ſopra con i piedi, e che la Madalena vi buttò l' acqua* = Et hæc pariter duo, aut tria glomeramina naturaliter extincta, & ab igne præſeruata dici debent, quia ignis, quem in ſtupa in dictis glomeraminibus compreſſa ſuam actiuitatem exercere non poterat, vel ſaltem difficulter; & potiſſimum cum dicta ſtupa non ſolum in dictis glomeraminibns eſſet compreſſa, ſed retineretur ad cuſtodiam in Cubiculo, vbi ventus ignis actiuitatem non poterat validiorem reddere. Idque experientia demonſtrauit, dum recognitum fuit, quod ignis ſuperficialiter glomeramina continentia ſtupam compreſſam incenderat, licet ſpatio medietatis horæ accenſus remanſiſſet, ut depoſuit dictus Villicus III. & ultimus Teſtis *Sum. num.* 34. = *Sò bene che ſopra gli altri balloni &c. vi reſtò il ſegno della ſtoppa abbruciata.*

Quę omnia ponunt in claris quod ignis bene potuit ex marcore, ut aiunt, ceſſare, & ſic naturaliter; cum ignis naturaliter ceſſit, uel ex contrariorum appoſitione, vel ex ſui ipſius marcore, propter videlicet

reſi-

reſiſtentiam ſtupæ compreſſæ, *Teſte Ariſtotale lib.3. de Cælo, Textu 52.* ibi = *duobus modis videmus corrumpi ignem; nam & à contrario corrumpitur extinctus, & ſe ipſo marceſcens,* & in Oſpucolo *de Iuuent. & ſeneċt. cap.3.* ibi = *At verò ignis duas videmus corruptionis, Marcorem, & extinctionem, vocamus autem eam quidem, quæ à contrariis extinctionem.*

Atque hæc dicta ſint ſub cenſura, ſaluo ſemper &c.

P. Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.

RESPONSIO

Ad Animadverſiones Rm̃i Fidei Promotoris ſuper nono Miraculo,

Inſtantaneæ Extinctionis Ignis,

Beatiſſime Pater.

QUoad hoc ultimum miraculum opponitur primo à Reverendiſſimo Promorore, quod illius probatio inniti videtur ſolummodò afferiioni duarum vilium fęminarum, utporè quæ addictæ erant ſervirio cujuſdam nobilis Piſanæ; atque ulteriùs conſiderandum proponit, qnod una ex DD. fęminis, nempè Eliſabeth non excedit annum decimum octavum; Altera verò ſcilicèt Maria Magdalena affectare videtur laudem ex hoc miraculo, ur ex verbis Teſtis relatis in Animadverſionibus. At hæc omnia, quæ ponderantur à Reverendiſſimo Promotore, nullius momenti ſunt. Siquidem non ſubſiſtit, quod probatio prædicti miraculi innitarur ſolummodò depoſitioni duarum fęminarum, cùm adſit etiàm unus Vir, qui conteſtis eſt in omnibus de viſu, & facto proprio, ut evidentèr pater ex toto Summario.

Mulroque minus nocer, quod ex dd. Teſtibus duæ ſinr fęminę, nàm harum teſtimonium pariter recipitur in hiſce Cauſis, & earum etiàm dumraxar dicto plenè defertur, ut probant, & firmant *Matt. de Canoniz. Sanct. par*, 4. *cap*.17. *num*. 12., *Pignatell. conſult*. 251. *num*. 2. *tom*. 1., *Roſ. in addit. ad tract. de execut. lit. Apoſtol. ad cap. ult. num*. 124., *Card. de Laur. in* 3.*ſent. tom*.4.*diſput*.20. *de Miracul. art*.45, §.2. *num*.1076. Er hanc ſententiam ſervari in Saera Congregatione patet ex pluribus miraculis ab ea approbatis ſolo fęminarum teſtimonio, & ſignantèr ex ſecundo, & ſeptimo miraculo io Cauſa S. Laurentii Juſtiniani, ut in illius Poſitione, ex ſeptimo miraculo in Cauſa S. Hyacinthi, quod probatum, & approbatum fuit ex depoſitione duarum fęminarum rantum, nempè Urſulæ Sanatæ, & Agnetis filiæ, Secundum miraculum in Cauſa S. Petri de Alcantera fuir probatum, & approbatum ex depoſitione duarum tanrummodò fęminarum, nempè Mariæ Infirmæ, & Carharinæ ejus famulæ; Sextum quoque in dicta Canſa ex teſtimonio Cæciliæ Infirmæ, & Iſabellæ illius Cognatæ; & duodecimum pariter ex depoſitione Iſabellæ Sanaræ, & Mariæ Fernandæ. In Cauſa S. Franciſcæ Romanæ quartum miraculum probatum, & approbatum fuit ex depoſitione fęminarum, nempè Uxoris Antonii Sanati, & ejus Filię. In Cauſa S. Joannis de Deo ſextum miraculum fuit probatum, & approbatum ex depoſitione itidem duarum tantum fęminarum, & demùm, prætermiſſis aliis innumeris exem-

pliſ, in Cauſa S. Andreæ Avellini ſecundum miraculum probatum, & approbatum fuit ex depoſitione trium feminarum.

Nèc etiàm officit, quod dictę feminę addictæ fuerint ſervitio Nobilis Piſanæ; quippè quià per hoc dici nequeunt perſonę viles, & ad teſtificandum inabiles ad firmata per *Rot. cor. Buratt. deciſ.* 775. *num.* 11. *& cor. Gregor. deciſ.* 351. *num* 36.

Additur & his, quod cùm miraculum, de quo agitur, acciderit de ſero, in rure, & in Domo, in qua non aderant niſi dictę fæminæ, & alter Teſtis; dubium haud eſt, quod in hiſce terminis, etiamſi dicti Teſtes, eſſent minus idonei (quales profectò non ſunt) adhùc tamèn recipiendi eſſent, ut probant, & firmant *Farinac. de Teſtib. quæſt.* 54. *num.* 76., *Gabriell. concluſ.* 13. *num.* 14. *&* 27. *Caſar de Graſ. deciſ.* 10. *num.* 11. Et in hiſce Cauſis, in quibus exulat prorsùs omnis timor ſubornationis, eò quod non agitur de alicujus intereſſe, utilitate, ſeù præjudicio alicujus certæ, vel incertæ perſonæ, ſed de honore Dei, qui mirabilis, ac glorioſus eſt in Sanctis ſuis, communis eſt Doctorum ſententia, quod vilitas, nec paupertas ullatenùs officiat, aut minuat fidem Teſtibus, in terminis advertunt *Caſtellan. de Canoniz. Sanct. quæſt.* 7. *verſ.* 4. quià in Canonizatione *Malvez. eod. tract. dub.* 4. *num.* 68. *Contelor. eod. tract. cap.* 24. *num.* 17. *verſ. quia de nullius præjudicio agitur*. Idipſum præcepit Deus in Deuteronomio. §. 17. ibi = *ità parvum audietis, ut magnum, nèc accipietis cujuſpiam Perſonam, quia Iudicium Dei eſt*, = & conſonat D. Hieronymus in *reg. monac. cap.* 24. *de virtut. humil. in fin.* ubi ait, fidele eſſe Teſtimonium, ſi Teſtes cauſam mentiendi non habent.

Et ſanè hęc omnia pleniſſimè confirmata manent exemplo Cauſę S. Pii V. in qua approbatum fuit prò illius Canonizatione à ſa: me: Clemente XI. primum miraculum inſtantaneæ ſanationis Margaritæ Maſſiæ Puellæ decennis à Paralyſi in coxis, quod probatum extitit nonniſi depoſitione Teſtium viliſſimæ, ac vulgaris conditionis, eorumque alter erat Birruarius, ut ex Animadverſionibus bo: me: Archiepiſcopi Myrenſis ibi = *Etiàm Teſtis Frater Sanatæ eſt fluxæ fidei, nàm ultra quod patitur eamdem exceptionem paupertatis, reputari non valet integra famæ, ut deponit ſeptimus Teſt. ſ fol.* 104. *ſuper* 6. *in fin.* ibi = *un tempò fù fece lo Sbirra*.

Ità paritèr parum refert, quod altera ex dictis feminis non excedat annum decimum octavum, quandoquidem indubitatum eſt, quod hujuſmodi ætas eſt pluſquam exuberans in feminis ad teſtificandum, cum in eis ſufficiat ætas duodecim annorum ad *Text. in l.* 2. *§. leg. Julia ff. de Teſtibus*, *Farinac. de Teſtib. quæſt.* 58. *num* 1. *Narbon. de ætat. ad annum* 14. *quæſt.* 44. *n.* 6., *Pax Jordan. tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 523.

Demùm percipi neſcitur, ex quo deſumatur, quod altera fœmina, nempè Maria Magdalena affectare videatur laudem ex enunciato miraculo; Eſto enìm quod illa, ut refert Teſtis citatus in Animadverſionibus, hortata fuerit eumdem Teſtem, ut ſecum peteret Florentiam ad gratias reddendas Beatæ Julianæ pro patrato miraculo, quid inde? nonne omnes, juxtà monitum Apoſtoli 5. 18. *ad Coloſſen.* tenemur gratias agere Deo prò beneficiis acceptis, & illum glorificare in Sanctis ſuis?

Poſt hæc alia adducuntur à Reverendiſſimo Promotore ad excludendum miraculum, & primò opponitur defectus inſtantaneitatis in di-

cta

ſta ignis extinctione ſecuta poſt imploratam interceſſionem Beatæ Julianæ; Idquè fundatur ſuper eo, quod ab invocatione interceſſit dimidium horæ ad tempus extinctionis ignis, ut refert Teſtis citatus in Animadverſionibus. Verùm ad hanc tollendam obiectionem dicimus, quod nullatenùs repugnat rationi miraculi, quod fiat cum tarditate ad reiteratas preces, quas hic ad fuiſſe, patet ex *Summario fol.* 318. §. *6.* 19. 28. Enìm verò, ut paſſim obſervant Sancti Patres, non ſemper Deus ad primam, vel ſecundam petitionem exaudit, ſed ut probetur magis petentis fiducia, majorique in pretio habeantur conceſſa orationi à Deo beneficia, bis, terque differt elargiri, quod petitur. Hinc Chriſtus Mulierem Cananæam rogantem, ut filiam ejus à Dæmonio liberaret, non exaudivit niſi poſt binam repulſam, & ad tertio petitam precem humillimam tandem exclamavit= *O mulier magna eſt fides tua, fiat ſicut vis, & ſanata eſt filia ejus ex illa hora* = *Matth. cap.* 15. *à verſ.* 22. *ad* 28.

Hinc quoquè idem Salvator noſter, ter orandum, donec aperiatur, docere viſus eſt his tribus verbis, quibus triplex orationis perſeverantis gradus egregie innoteſcit; *Petite, Quærite, & Pulſante*: Quod firmans exemplo, pridie mortis ſuæ, ter ſucceſſivè, & diſtinctis vicibus Patrem rogavit, eumdem ſermonem dicens, ut legitur *Matth.* 24. 44. ibi = *iterum abiit, & oravit tertio eumdem ſermonem dicens* = Sic, & Apoſtolus, Divi Præceptoris doctrinam, & exemplum ſequutus, dicit II. *ad Corinth.* 12. 8. ſe ter Dominum rogaſſe, ut diſcederet ab eo Angelus Satanæ, nec niſi deindè refert divinum reſponſum, *verſ.* 9. ibidem = *Et dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur* = & fuſius cum *D. Thom. par.* 3. *quæſt.* 44. *art.* 3. *ad ſecundum, Card. de Laur. in* 3. *ſent. tom.* 4. *diſput.* 20. *art.* 29. *num.* 864. *Pignatell. conſult.* 177. *num.* 28. *&* 29. *utrobiq. in fin. tom.* 10. *Bordon. de miracul. medit.* 7. *num.* 26. *Molphet. conſ.* 46. *ſub num.* 55. *& ſeqq. Franc. var. reſol. cap.* 29. *num.* 47. *Angel. victor. conſult. midic.* 92. *&* 98. ubi de Paralitica Sanata poſtquàm decem horis ſteterat ad Cappellam S. Didaci, & comprobatur tum ex Sanctorum hyſtoriis, ut apud S. Auguſtinum *lib.* 22. *de Civit. Dei cap.* 8. *Surium, Bolland.* & alios, tùm ex ſtylo hujus Sacræ Congregationis, ut videre eſt apud *Lauden. in Canoniz. S. Bernard. ſub verſ.* Eſt etiam miraculum, *Panzin. in relat. S. Bonaventuræ par.* 2. *art.* 5. *Simonett. in relat. S. Franciſci de Paula propè fin. Rot. in relat. S. Raymundi par.* 2. *art.* 5. *S. Caroli par.* 3. *in princ. S. Franciſcæ Romanæ par.* 3. *art.* 6. *mirac.* 5. *S. Iſidori mirac.* 6. *S. Ignatii par.* 3. *mirac.* 4. *&* 5. *S. Andreæ Avellini mirac.* 4. *& in Canonizat. S. Thomæ de Villanova apud Alexand.* 7. *conſtit.* 58. *num.* 24. *verſ. Marcella, & in Canonizat. S. Roſæ Clem. X. conſtitut.* 37. *num.* 54.

Quinimò tantum abeſt, quod hujuſmodi lapſus temporis inter primam invocationē, & extinctionē ignis noceat miraculo, quin potius illius magnitudinem magis extollat; quippè quia licet per tantum temporis ſpatium ignis accenſus remanſerit ſuper prædicta ſtupa, adhùc tamen vix libræ duæ ejuſdem ſtupæ combuſtæ remanſerunt, ut deponunt Teſtes omnes de viſu, nempe XX. §. *9.* & XXI. §. 22. quod quidem nonniſi ſupernaturalitèr accidere potuit; cum per totum dictum tempus, non ſolum tota dicta ſtupa comburi debuiſſet, ſed quidem fere integra domus; atque per conſequens in hoc conſiſtit miraculum.

Secundò obiicitur, quod ignis accenſus in duobus, vel tribus ſtupæ glomeraminibus ad ſummum extinctus ſupernaturaliter prætendi poteſt, cum flamma alterius ex dict. glomeraminibus fuerit extincta cum aqua, & ſic naturaliter; Ea verò paritèr naturaliter extincta, & ab igne præſervata dici debere prætendit Reverendiſſimus Promotor, ex quo ignis in ſtupa in dict. glomeraminibus compreſſa ſuam activitatem exercere non poterat, vel ſaltem difficulter, & potiſſimum cum dicta ſtupa non ſolum in dict. glomeraminibus eſſet compreſſa, ſed retineretur ad cuſtodiam in cubiculo, ubi ventus ignis activitatem non poterat validiorem reddere, idque experientia demonſtraſſe dicitur, dùm recognitum fuit, quod ignis ſuperficialiter glomeramina continentia ſtupam compreſſam incenderat, licèt ſpatio medietatis horæ accenſus remanſiſſet, ut ex verbis Teſtis relatis in Animadverſionibus.

Hæc autem omnia facili negocio diluuntur; Siquidem ultro admiſſo, quod ignis tantum ſupèr tribus glomeraminibus accenſus fuerit, & non in tota alia ſtupa, quæ in magna quantitate aderat in Cubiculo, ut deponunt Teſtes, nempe XX. §. 14. Ibi = *vidde, che molta ſtoppa, che ſi ritrovava in detta ſtanza* XXI. §. 15. in fine ibi = *e volendoli dare certa ſtoppa delle Coppette, lui ſi ricordò, che v'era della ſtoppa in quantità in una ſtanza* & §. 28. ibi = *biſognatoci un poco di ſtoppa per una Cannella andò il Contadino in una ſtanza, dove ve n'erano molti Balloni* & XXII. §. 29. ibi = *fui chiamato &c. à mettere una Cannella alla Botte, e domandatolo dell' ſtoppa, me ne voleva dar certa, ch'era ſervita alle coppette, ma poi li ſovenne, che in un Camerone, ve n'erano molti Balloni*; Hoc unum certum, ac indubitatum eſt, quod tàm extinctio dicti ignis ſupèr dd. tribus glomeraminibus, quàm preſervatio aliorum à dicto igne nonniſi ſupernaturalitèr, & miraculosè accidere valuerunt.

Ignis enim extingui non poteſt niſi vel per deficientiam materiæ combuſtibilis [quam extinctionem Philoſophi Marcorem appellant per metaphoram, & ſimilitudinem corporum viventium, quæ deficiente alimonia contabeſcunt, & Marcore extenuantur,] vèl per magnam contrarii reſiſtentiam, ut docet *Ariſtotel. de Cælo text. 52., & in opuſcul. de juvent., & ſeneſt. cap. 3. à Reverendiſſimo Promotore citatus, ac Theophraſt. lib. de igne, Cardan. lib. 10. de rer. variet. cap. 49. lib. de recondit. antiqu. lucern. lib. 3. cap. 13. in fin., & lib. 4. cap. 17. Franciſc. Reſta in Metheorolog. lib. de Metheor. Ign. tract. 5. cap.* 8. Ac propterea ceſſatio combuſtionis, permanente ſubjecto combuſtibili ſufficientèr applicato, abſquè miraculo contingere indubitantèr non poteſt, cum ex receptiſſima Philoſophorum ſententia agens naturale, & præſertim velociſſime activitatis, quale eſt ignis, proportionabiliter applicatum, ſuſpendere non poſſit effectus productionem, & propriam operationem, talis namque ſuſpenſio tantum convenit agenti libero, non verò neceſſario, ut ratiocinatur Rota in Relatione S. Andreæ Avellini in primo miraculo verſ. *cenſuimus tamen*.

Sic etiam præſervatio rerum combuſtibilium ab ignis voracitate ſemper miraculoſa reputata fuit, & naturæ vires excedens, utpotè continens mutationem elementorum per ſuſpenſionem neceſſariæ operationis contrà propriam exigentiam, ſicuti exemplo Rubi incombuſti à Moyſe viſi arguit *Simon Majol. dier. canicular. tom. 1. colloquut. 2.*

verſ.

verſ. Hæc veſtra omnia exempla, & de preſervatione Sanctę Syndonis Taurinenſis ab incendio tradunt *Joan. Jacob. Chifflett. de lint. Sepulchr. Chriſt. cap. 20. Theophil. Raynaud. Heterocl. Spirit. par. 2. ſect. 3. punct. 6. num. 26. verſ. Secundo non me latet*, inter ipſius opera *tom. 16.*, & declaravit Clemens VII. in literis relatis per *Raynald. Annal. tom. 20. anno* 1533, *num. 62*. Et de ſimili præſervatione Cathedræ Divi Petri, luculenter diſſerit *Phab. Archiepiſc. Tharſen. in diſſert. de ident. ejuſd. pag. 51., & 81.* Ac ex hujuſmodi miraculo deducit validum argumentum pro identitate comprobanda, & antea de miraculoſa preſervatione trium Puerorum in Fornace *D. Chriſoſtom. in homil. 2. in Geneſi*, ubi ità concludit = *Quando enim Dominus vult, elementa omnia in contrariam mutat operationem* = & *Araux. deciſ. moral. tract. 2. num.* 10. ibi = *qua ratione ſolus Deus potuit tres Pueros à flammis Babilonicæ Fornacis illaſos ſervare per ſubtractionem concurſus debiti igni ad comburendum*, & generalitèr *Thom. Bozz. de ſign. Eccleſ. ſign. 63. cap. 7., Majol dier. canicular. tom. 1. d. colloquu. 22., Jo. Ferrand. in diſquiſ. reliquiar. lib. 2. cap. 3. art. 1.*, & plura alia exempla, ſivè miracula præſervationis, ſivè liberationis ab igne recenſet *Pignatell. conſult.* 110. *tom. 4.*

Nec ullatenùs attendi meretur reflexio Reverendiſſimi Promotoris, quod exſtinctio d. ignis ſequi potuit, ex quo ſtupa erat compreſſa in dd. glomeraminibus. Quandoquidem de hac aſſ. compreſſione nullibi conſtat, imò neminem latet, quod regularitèr ſtupa, dùm conglomeratur, non comprimitur, ſed tantum, ne expandatur, factis glomeraminibus, ea alligantur à capite, & ſubter, & quatenùs comprimi velit, ſemper verum eſt, quod hujuſmodi compreſſio, adeò ſtricta fieri nequit, quin facilius, ac validius in ſtupa compreſſa, quam in alio ſubjecto, ut eſſet lignum, ignis ſuam exerceat actionem.

Præterea dato etiam, quod ſtupa in prædd. glomeraminibus adeò compreſſa fuiſſet, ut dura, ſicut lignum effecta fuiſſent, nonnè forsàn, ſi ignis accenſus fuiſſet in ligno, ceſſatio combuſtionis, & præſervatio à voracitate dicti inſatiabilis elementi, ut dicitur in ſacris paginis *Proverb. cap. 30.* eſſet miraculum?

Sed ceſſat hic omnis difficultas, animadvertendo, quod cum ignis accenſus ſuper altero ex dd. glomeraminibus ab aliis extracto, [quod certè, ſicut alia alligatum, & compreſſum erat] nec pedibus, nec manibus, nec alio modo, ſed tantum aqua extinqui potuerit *Summ.* §. 5. 19., & 33., manifeſtum hinc exindè fit, non in ſuperficie tantum, ſed introrsùs etiam d. ignem penetraſſe in dd. glomeraminibus, & ſic non adeò fuiſſe compreſſa, ut in ipſis ſuam activitatē exercere non valuiſſet.

Multoquè minus refert, quod dicta ſtupa retineretur ad cuſtodiam in cubiculo, ubi ventus ignis activitatem non poterat reddere validiorem; Quippè quià, etiàm ſi hæc circumſtantia requireretur, ea utique adeſt; nàm conſtat ex depoſitione Teſtium, quod una ex feneſtris dicti Cubiculi erat aperta, per quam ingrediebatur ventus, ex quo proceſſit, quod ſcintillæ decidiſſent è lumine illuc aſportato à Villico, quando ſuſcepit ſtupam, & per eamdem feneſtram egrediebatur fumus, ut in *Summ.* §. 2. ibi = *che però andato a pigliare quivi con una lucerna col manico tirando vento da una fineſtra quivi aperta, perciò cadendo delle faville ſopra la ſtoppa, ch'era nella ſtanza &c.* §. 14.

ibi

ibi = *alcune faville della lucerna ſpinte d il vento, che veniva da un fenestra, aveva cauſato detto incendio &c.* & §. 28. ibi = *à queſte voci corſi ancor Io, e vedendo il fuoco, che con gran fiamma eſciva fuori d'un altra feneſtra cominciai à gridare &c.*

Demum quod reflectit Reverendiſſimus Promotor ad ſuadendam naturalem inactivitatem ignis aecenſi ſupèr prædicta ſtupa, nimirum recognitum fuiſſe, quod ignis ſuperficialitèr glomeramina continentia ſtupam compreſſam incenderat, licet ſpatio medietatis horæ accenſus remanſiſſet, nedùm nobis non nocet, verum ſummoperè favet, imò in eo conſiſtit magnitudo miraculi; quippè quià cum dictus ignis agere ex ſui natura debuiſſet, & ſuſpendere non valuiſſet effectum ſuę operationis ſuper ſubjecto ſibi proportionabiliter applicato & ſic integre comburere debuiſſet per tantum tempus dd. glomeramina, & totam aliam ſtupam in Cubiculo exiſtentem, & idtamen non fecerit, ſed ſuperficialitèr tantum incenderit dd. glomeramina, in aperto indè ponitur, Deum ſolum ſupernaturalitèr ad interceſſionem Beatæ Julianæ id feciſſe ſubtrahendo concurſum, & influxum ſuum, ne ignis ageret in prædictam ſtupam, & quatenùs contra eveniſſet, miraculum utique non adeſſet, ut reflectenti patet.

Quare &c.

Dominicus Claverinus Sac. Pal. Apoſt. Cauſarum Patronus.

R E V I S A.

Joannes Zuccherinius ſub Promotor Fidei.

PETRI ASSALTI
RESPONSIO
Ad Animaduerſiones Reuerendiſſimi Fidei Promotoris
SVPER IX. MIRACVLO.
Beatisſime Pater.

OMiſſis iis quæ ad teſtium fidem infirmandam Reuerendiſſimus Promotor adducit venio ad cæteras, quas affert rationes ad miraculum conuellendum.

Primo autem contendit, incendium poſt Beatæ Iulianæ inuocationem, non illicò fuiſſe reſtinctum. Id quod demonſtrare conatur villici teſtificatione, qua ita aſſerit §. 42. *tutto il tempo dell' incendio non credo arriuaſſe à mezz' ora*: quibus verbis nullo modo ſignificari video, id quod Reuerendiſſimus Promotor interpretatur nimirum, *dimidium horæ interceſſiſſe ab interceſſione Beatæ ad tempus extinctionis ignis*. Nam perſpicuum eſt eo teſtimonio tempus definiri ab incendii initio ad ipſius extinctionem: cum non eodem tẽpore, quo ignis exarſit, Beatæ auxilium fuerit imploratum, ſed multo poſt, quemadmodum luculenter comprobatur à Magdalena Linajola, quæ ſic narrat §. 6. *egli vi ſalì ſopra con i piedi per affogarlo &c. allora mi ricordai, che in cucina vi era il catino con inſalata in molle, quale preſolo, e gridando Santa aiutatemi ritornai in là, & auendo vna gran fede in detta Beata Giuliana rouerſciai l'acqua in detto ballone, che era ſtato peſtato da detto contadino, e fatto queſto, voltandomi per ſmorzare il fuoco agli altri balloni che ardeuano li viddi ſpenti*. Ab hac autem non diſcrepant aliorum teſtium narrationes §. 19. 31. 32. Quæ quidem teſtimonia aperte declarant incendium nulla interpoſita mora ad Beatæ Iulianæ inuocationem euanuiſſe.

Quod ſi verò vrgeat, ſæpius inuocata Beata Iuliana etiam ab initio, incendium non fuiſſe reſtinctum, niſi longo poſt interuallo, quo rursùs ad eandem Beatam prædicta Magdalena confugit: adeoque cum prioribus precibus illicò non annuerit, flammæ extinctionem naturæ tribuendam. Primum reſpondeo miraculi perſpicuitatem minime turbari, quamuis petentium votis Diuinum numen ſtatim non obſecundet, dummodò tandem aſſiduis precibus cœleſte affulgeat auxilium: Quod poſſem compluribus exemplis ex ſacris literis confirmare: verùm id cauſæ Patrono fuſius demonſtrandum relinquo. Secundo in hoc maximè Diuinam prouidentiam elucere, quod ignis ab initio non fuerit compreſſus: ne vlla remaneret dubitatio, an id diuinitus contigiſſet, an verò natura; Potuit enim flamma tenuis in ipſo exortu, quacumque leui cauſa reſtingui: non potuit verò iam aucta, & vehementiſſima correptis pluribus ſtupæ manipulis,

Digitized by Google

lis, niſi Diuina virtute compeſci. Ac proindè miraculum eo maximè illuſtratur, quod precanti Magdalenæ, tunc diuinum affuerit auxilium cum nulla in naturalibus præſidiis ſpes relinqueretur.

Secundo multa ſimul congerit aduersùs miraculum argumenta. Primo enim ignum ex incenſis ſtupæ glomis aqua fuiſſe reſtinctum, adeoque naturaliter: Verum, & id vltrò concedimus, & miraculum exindè magis illuſtrari iam demonſtràuimus in diſſertatione.

Deindè aſſerit ſtupam compreſſam reliquorum glomorum flammæ obſtitiſſe ac propterea naturaliter quoque extinctam. Verùm quo ſtupa comprimebatur? nulla alia profectò re niſi proprio pondere: Nam nullum eſt indicium, aliud ipſi incubuiſſe. At demonſtratum ſatis eſt in diſſertatione ſtupæ materiam laxam eſſe, & raram: ac propterea eius pondus tantum non habet momentum, vt flammam compeſcat.

Tertio eo facilius ignem potuiſſe extingui arbitratur, quod ventus illum perflando augere non poſſet. Atqui huiuſmodi argumentum facile refellitur: luculenter enim contrarium probatur ex teſtimoniis, ventum nimirum per patentem feneſtram in conclaue ſpiraſſe, quemadmodum fuſius in diſſertatione dictum eſt.

Neque verò quod vltimo obijcit aliquid efficit, nimirum quod glomi ſuperficie tenus tantum fuerint incenſi, quamuis per horæ dimidium duraſſet incendium, idque villici verbis comprobat §. 34. *Sè bene, che ſopra gl'altri balloni &c. vi reſtò il ſegno della ſtoppa abbruciata*. Quid enim? an nulla remanere debuerunt extincti incendii veſtigia? imo etiam. Atque id miraculum potius confirmat, quam infirmet, nulla enim ratio afferri poteſt, quare flamma, ambuſta exteriori ſtupa, reliquę pepercerit; vt alias oſtendimus. Neque enim quod R̃mus Promotor aſſumit veroſimile eſt, interiorem ſtupam fuiſſe denſiorem, neque id vllis comprobat indiciis.

REVISA

Io: Zuccherinius Subpromotor Fidei.

NONVM MIRACVLVM

Inſtantaneę ignis extinctionis , quæ pro IX. Miraculo in Poſitione proponitur.

Beatiſsime Pater.

DE Spontanea , inſtantaneaque ignis extinctione, quam pro IX. Miraculo in Summario proponitur, poſito , quod ita ſucceſſerit , vt in eodem Summario exponitur, non eſt cur, vt id ex Miraculo ſucceſſiſſe comprobemus, phyſicis argumentis enixè contendamus. Cui ſiquidem edax ignis natura ignota? Aut quis inflammabilem ſtupæ qualitatem haud nouerit? Non igitur olim conceptus ignis ſponte defuiſſet, niſi deficiente huiuſmodi materie combuſtibili; præſertim quod apertas ingrediens feneſtras vim aderet igni,

. . . . *ferens incendia ventus*.

Et ignis iam adeo excandeſceret, vt in altam faſtigiaretur flammam, ac per apertas ipſas erumperet feneſtras = *Tirando vento da vna feneſtra quiui aperta , perciò cadendo delle fauille &c. vidi, che vi era vn gran fuoco, eſſendo la fiamma alzata più dell' altezza di vn Vomo*. (a) = *Con gran fiamma brugiaua la ſtoppa , ed i Vicini vedendo la fiamma, che vſciua dalle feneſtre gridauano &c.* (b)

(a) *Sum.pag.*318. §.2. 3.

(b) *Sum.pag.*321. §.18.

Verùm cum aridæ, leuiſque ſtupæ aceruus in eleuàtam flammam vehementiùs euolueretur, ex improuiſo iterum, iterumque tantùm inuocata Beata Iuliana ſpontè extinctus eſt ignis = *Gridando Santa Giuliana glorioſa aiutateci , & eſſendo ancor' io preſente voltandomi verſo l'altra parte , doue brugiaua l'altra ſtoppa , la veddi tutta ſpenta ſenza che neſſuna aueſſe ſpento il foco , o con acqua , o con altro*. (c)

(c) *Sum.pag.*321. §.20.

Atque ita prorsùs de repente extinctus eſt ignis, vt in præteriti incendij argumentum, a fumo tantùm, ac flamma ipſius ſtupæ ſuperficies denigrata extiterit, conſumptis duobus circiter eiuſdem libris, & ſi per horæ dimidium ignis eſcandeſcens exarſerit = *Voltandomi per ſmorſare il fuoco agli altri balloni, che ardeuano, gli vidi tutti ſpenti ſolo rimanendo in eſſi l'auuampature, ed in tutto queſto incendio non credo vi abrugiaſſero due libre di ſtoppa* (d) *Tutto il tempo dell' incendio non credo, che poteſſe arriuare a mezz'ora*. (e)

(d) *Sum.pag.*319. §. 7.

(e) *Sum.pag.*325. §.42.

Ità profectò ſe rem habuit, vt omnes Teſtes Conteſtes affirmant. Quod autem naturaliter ità ſe rem habere haud potuiſſe euidenter cognoſcamus: Quod ſcilicet cognoſcamus, quod conceptus olim in

ſtupeam

ſtupeam materiem ignis , nec ſponte n aturaliter defuiſſet ; nec diutiùs igne excandeſcente , adeo exigua ſtupæ quantitas naturaliter conſumpta fuiſſet, id nonniſi ex Miraculo euenisse iudicamus .

Alexander Paſcoli P.G.&c.

REVISA.

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei .

SVMMARIVM
ADDITIONALE
Pro Primo Miraculo .

INſtantaneæ ſanationis Reu. Matris Sororis Felicis Fortunatæ de Sardis Monialis Profeſſæ in Monaſterio S. Benedicti Ciuitatis Piſanæ ab affectionibus hiſtericis , & conuulſionibus atrociſſimi vnà cum febri , & alijs ſymptomatibus quibus per quindecim annos cruciate fuerat , & cum ſubſecuta apparitione B. Iulianæ .

XX. Teſtis Sor. Maria Tereſia Franceſchetti Monialis Profeſſa in Monaſterio S. Benedicti Piſarum anni 50. circitèr iuxt. 17. Proc. fol. 473. ter.

§. 1. Communemente le Monache hauno reputato la di lei ſanazione miracoloſa , ed io lo reputato tale , perche è guarita in vn tratto , e perche prima colli medicamenti prendeua vn poco di reſpiro, ma non era mai guarita bene , e non ho ſentito dire altro in contrario , ſe non che à Suor Angelica Ciani , che non la ſtimaua guarita , perche non la vedeua à tutte le Communità , come l'altre , ed io li riſpoſi ch'erano ſcioccherie il dir coſi ; perche l'eſſer guarita era vn fatto , e il non comparire alla Communità era vn altro .

X. Teſtis Excellentiſſimus Dottor Bartholomæus Leonardi Medicus Monaſterij S. Benedicti Piſarum ætat. ann. 52. iuxta vndecimum Proc. fol. 277.

Non ha auuto altro male in queſt'anno, che qualche debolezza di ſtomaco,la quale benche poteſſe temerſi,che foſſe qualche coſa d'iſterico,non ha però mai patito vn minimo accidente, ne hà auuto moto diconuulſione , nè febre , ed io dubito , che poſſa eſſer ſucceduto , per 'eſſerſi cauato vna volta ſangue ſenza mio ordine , e vn altra volta anche con mia permiſſione per quietarla , come quella , ch' era ſolita farſene cauare quaſi ogni otto giorni ; ma gli hà fatto più toſto danno , e l'hà coſtretta à ſtare qualche giorno in letto, ſi come ha patito d' vn poco di dolor di denti vltimamente , e queſto lo sò , perche vado continuamente à detto Monaſtero, per eſſere loro Medico , & hò il tutto veduto . §. 2.

Epiſtola Soror. Felicis Fortunatæ de Sardis

Molto Reu. P. Sig. Prone mio Colendiſsimo .

§. 3. IN riſpoſta della corteſiſſima di V. P. M. R. per ſodisfare al ſuo pio deſiderio , e per la pura verità , le dico , che doppo riceuuta la

Gra

Grazia ſingolare dalla Beata Giuliana mia cara Protettrice, ſiccome per la ſua interceſſione riſanai ſubito (come lei sà) della febre continua, che per anni 15. meſi 4, giorni 3. ero ſtata trauagliata, aſſieme con altri malori à V. R. ben noti, come accidenti fieriſſimi, di conuulzioni, attrazzioni, e ſtiramenti di nerui &c., e per quello, che diceuono i Signori Medici, diſperata affatto la mia ſalute; Il dì 18. Gennaro 1710. primo che ſeguì la mia riſanazione; Dico, non hò mai più prouato ſimili malori, mà ne ſono ſtata ſempre beniſſimo, e ſiccome il giorno, che riſanai il Medico nel ſentirmi il Polzo, aſſeri non ſolo foſſe libero dalla febre &c. ma non apparendo ci foſſe mai ſtata. Io al preſente le confermo il medemo, ed eſſendo ritornata in forze tali, che poſſo eſſercitare gli Vffizj, che dalla obbedienza mi ſono ordinati; E per vero, che nel corſo di queſti anni 16. hò prouato vna volta per qualche tempo alcune Febri leggiere, Siccome quando trè, ò quando cinque termini di Terzana ſcempia, ò qualche raffreddamento di Stommaco per poco tempo, e nauſea del medemo, del reſto ſtò beniſſimo per grazia del Signore, e della mia Liberatrice. Eccole ſignificato con tutta verità il mio ſtato: Lei non manchi per grazia di tenermi raccomandata alla Beata, acciò ch' eſſendoſi degnata d'ottenermi da Gieſù la ſanità del Corpo, mi voglia ottenere quella dell'Anima, ed auer pietà delle mie miſerie, e per non tediarla di vantaggio, reſto con farle Diuotiſsima riuerenza.

D. V P. M. R.

S. E. Piſa 3. Febraro 1726. Primo.
Deuotiſs. & Vmiliſs. Serua Obligatiſſima
Suor Felice Fortunata Sardi.

In Dei nomine Amen &c. Conſtituta perſonaliter coram me &c. retroſcripta

Ad. &c. Reu. Mater Sor Felix Fortunata Sardi Monialis Ven Monaſterij S. Benedicti Piſarum, Cauſa, & occaſione recognoſcendi ſupraſcriptam Epiſtolam tenoris &c., illam medio eius Iuramento recognouit in forma &c., & pro huiuſmodi recognitione aſſeruit; & affirmauit omnia, & ſingula in eadem Epiſtola contenta vera fuiſſe, & eſſe, ac pro veritate ſua manu ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe &c. In quorum &c. die 30. menſis Martij 1726, ſt. Flor. & 1727. more Pij.

Ego Franciſcus Raynaldus Gaſpar olim Ioſephi Mariæ de primo Iulius I. V. D. Piſanus Notarius Publicus Flor. quia ſupraſcriptam recognitionem rogatus accepi, In fidem me ſubſcripſi, & ſigno quo vtor Notariatus muniri ad Laudem Dei &c.

Loco ✠ Sigilli.

SVM.

SUMMARIUM ADDITIONALE

Super Quarto Miraculo.

§. 1. *XI. Teſtis Ad. R.D. Dauid Fioretti Sacerdos Confeſſarius, & Cappellanus Eccleſiæ Metropolitanæ Piſarum æt.ann 60. Proc.fol.215. tergo*

EXpletis etiam articulis fuit examen dimiſſum, & teſtis licentiatus. lecta tamen prius tota ſupraſcripta eius depoſitione, quam auditam, & intellectam approbauit &c., & antequam ſe ſubſcriberet petijt iterum audiri.

Et ei dicto, vt dicat, quid dicendum occurrat.

Reſpondit m'occorre ſoggiungere, che diſcorrendoſi di detto Miracolo ſeguito nella perſona del P. Riminaldi con il Sig. Dott. Carl'Andrea *M*artini *M*edico, li ſentij dire, vedrete, che la Parte auuerſa s'apperrà, e dirà, che ſono ſtati li medicamenti.

Interrogatus quid ipſe de Martinis ſenſerit, & quale fuerit ſuum iudicium?

Reſpondit, gettò quelle parole ſecche, ne diſſe altro.

Interrogatus, an cognoſcere potuerit ex huiuſmodi colloquio, quod etiam ipſe Doctor potuerit tribuere Sanationem dicti Patris Riminaldi medicamentis, vel potiùs reputauerit *M*iraculum?

Reſpondit non potei conoſcere di qual ſentimento ſi foſſe, perch'egli diſſe ſolamente, vedrete, che la Parte auuerſe dirà, che ſono ſtati li
§. 2. medicamenti, perche queſte coſe ſi eſaminano con rigore, e ſi oppone ogni minima coſa &c.

X*II. Teſtis D. Thomas Fabri examinatus ex Off. Proceſſ fol.* 220.

Interrogatus, an cognoſcat d. P. Oratium, à quanto tempore. & cuius
§. 3. ætatis ille ſit.

Reſpondit, conoſco d. P. Riminaldi da Giouanetto, e credo, che ſia della mia età vicina alli ſeſſanta anni, e prima, che riceueſſe la grazia, l'hò veduto più volte andare con vn appoggio di croccetta, ò di mazza, che non mi ſouuiene bene, e caminare malamente per queſta Città, & in ſpecie mi ricordo d'auerlo viſto vna volta paſſare il Ponte.

X. Teſtis Dominicus Ceuli examinatus ex Off. Proc. fol. 205.
§. 4. *Iuxta 21. Interrogatorium.*

Reſpondit, non poſſo deporre altro, che quello mi diſſe il Prete Fioretti, che ſeguì ſubito la ſua ſanazione, e che lo viddi l'isteſſa matina aſſiſtere alla meſſa cantata ſenza baſtone.

Iuxta 22.

Reſpondit, io nõ l'ho mai più veduto con il baſtone, e ben vero, che mi pareua, e può eſſere, che li miei occhi m'ingannaſſero, che la matina medeſima, e doppo andaſſe vn poco attentone, non è però à mia notizia, che ſia ricaduta doppo detta ſanazione in altra infermità, ma mi ſouuiene, che detto P. Fioretti mi ha detto che nella medeſima matina li viddi ſtacchiare il piede impedito, liberamente in terra.

SVM-

SUMMARIUM ADDITIONALE

Super ſexto Miraculo.

IN quanto al mio riſanamento per il mezzo della mia gran Protettrice aſſicuro pure, che non ſolo mi trouai ſana iſtantaneamente d'ogni male in quel punto; mà mai più hò auuto male alcuno: e di vna compleſſione graciliſſima, che prima aueuo diſtituta di Carne, e di forze, ſenza poter ſoffirire niuno incomodo, d'allora in quà ſo di me ciò che voglio, niente mi fà male, poſſo dirle per riſcontro di queſto, che nella diſgrazia di mio figlio, ſtiedi alla ſua aſſiſtenza ſenza ſpogliarmi, nè andare à Letto da i 30. di Gennaro, anzi di Decembre, che fù ferito, ſino al Maggio, che cominciò à ſtar meglio; parrà vn gran fatto à ſentir queſto, mà tutto puole Iddio, quando li piace; Il Piede poi, che per la piaga ſoffertaui, erano tutti relaſſati i nerui, e non poteuo caminar punto, le Cicatrici tutte ineguali, e gonfie, ſi ritrouorono tutte ſparite, e pareggiate ſenza vederne più alcun ſegno, e riſtabilita di forze in maniera, che per mia gita bene ordinaria, e ſpeſſa mi fò quella del Domo dal Ponte à Mare, eſſendo la più coperta, e ritirata; tutto queſto le dico, e l'aſſeriſco per pura verità &c.

Io Lucretia del Borgo Peſciolini aſſeriſco in mia Coſcenza eſſer la verità à quanto ſopra ſi contiene, & in fede &c. mano propria.

Io Franceſſco Paradoſco Chirurgo hò curato nel ſuo male la detta Signora Lucrezia per lo ſpezio di anni quattro, & affermo, e giuro eſſer vero quanto nella lettera ſi cōtiene, ed eſſere il ſuo riſanamento ſegnito per opera Diuina, e non vmana, & in fede mano propria.

In Dei nomine Amen &c. Conſtituti perſonaliter coram me &c. Illma D. Lucretia à Burgo vxor Illmi D. Equitis Nicolai Mariæ de Piſciolini, nobilis Piſanna, & = D. Franciſcus Paraboſco Chirurgus Piſanus occaſione recognoſcendi ſupradictas declarationes, & atteſtationes ab eis factas, quas illis oſtenſas &c. medio eorum Iuramento per me &c. eidem delato tactis &c. recognouerunt in forma &c. affirman. &c. omnia in illis expreſſa vera fuiſſe, & eſſe, & propterea proprijs manu, & Caractere firmaſſe &c. In quorum &c. Die prima Aprilis 1726.

Ego Ioannes Benedictus Bracceſius I. V. D. Simonis Antonij filius I. V. D. Piſanus Notarus publicus Flor. &c. quià retroſcriptas recognitiones recepi &c. Ideo rogatus &c. propria manu ſubſcripſi &c. meoque quo vtor Signo muniui &c. ad laudem Dei &c.

Loco ✠ Signi.

R E V I S A

Ioannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Joannes Zuccherinius ...

A01 1470529

174
K
13

Digitized by Google



Digitized by Google